C. Dziatzko.

Fr. Leo in N. Rh. Mus. 36 S. 16 An. 1 hebt hervor, dass Anklänge an die Sprache d. Komiker bei Donat dessen „auctoritatem vindicant".
Vgl. urbanis, bez. ἔλλειψις bei Quint. VIII 3, 50 s. G. Kaibel in Herm. 25, 109; ob. ut. ἰδιωτισμός (vitium orationis)

Terence

...

Comoediae; cum scholiis Aeli Donatii et Eugraphi commentariis; edidit Reinholdus Klotz.

Vol. 2

Mitte, *pro dimitte.* Rogo, *pro interrogo.*
Offendi, *pro inveni.*
Manc, *pro ausculta.*
Opperior, *exspecto.*
Percontor, *inquiro.*
Maturo, *accelero.*
Obtundo, *eneco, de magna molestia.*
Concedo, *obedio.*
Exigo, *expello et sperno.*
Arcessor, *vocor.*
Vereor, *timeo*: Revereor, *observo.*
Calleo, *callide scio.*
Abnuo, *nego et subtraho.*
Refello, *contradico.*
Gannit, *latrat, inaniter loquitur.*
Disperii, *per deos perii.*
Posterdie, *pro postridie, hoc est, postero die.*
Astu, *astutia vel providentia.*
Astu *pro civitate.*
Misere, *interdum pro immoderate.*
Praeviso, *videre desidero.*
Sedulo, *intento.* Utiliter, *studiose.*
Ex animo, *sine dolo.*
Ambages, *verba frustratoria.*
Phalerae, *insidiosa.*
Clientela, *servitium, vel multitudo clientum.*
Conclamatum, *satis dictum.*
Facessere, *lubenter et cum desiderio facere.*
Id propterea, *propter id.*
Ostentare, *vane se iactare vel ostendere.*
Propediem, *brevi vel cito.*
Diem, *breve tempus:* Aetatem, *tempus longum significat, adverbialiter.*
Debacchari, *furere, a furore non cessare.*
Despicatus, *despectus.*
Aerumna, *molestia vel miseria.*
Flocci facere, *contemnere, despicere.*
Lacessere, *provocare.*
Suffarcinatus, *succinctus.*
Iurandum, *pro iusiurandum.*
Exemplum facere, *id est, poenam constituere.*
Potesse, potis esse, *posse.*
Quis, *pro qui.* Quivis, *pro quaevis.*
Quisnam, *pro quaenam.*
Sycophanta, *pro comedone.*
Succenturiatus, *sub centuria positus.*

EXPLICIT.

VARIETAS LECTIONIS SCHOLIORUM AELI DONATI.

ADELPHORUM PROLOGUS. P. 7. v. 2. SUAM SENSIT SCRIPTURAM] Sic edd. pr. Ven. Volgo: POSTQUAM POETA SENSIT SCRIPTURAM. V. 6. ℐ POSTQUAM SENSIT: Pro sensisset. ℐ SCRIPTURAM SUAM: Indifferenter] Sic scripsi hunc locum ex edd. pr. Venet.: *Postquam sensit pro sensisset* (*sensisse* ed. pr.) *scripturam suam indifferenter etc.* Volgo: ℐ *POSTQUAM POETA SENSIT SCRIPTURAM SUAM*, *Indifferenter etc.* V. 9. *Fatis Iunonis iniquae*] *saxis vinosis iniquus* ed. pr. *saxis vitiosis iniq.* ed. Veneta. V. 11. *Praeterea regem*] *observat regem* edd. pr. Veneta. V. 12. *Parthorum*] *q.* edd. pr. Veneta. V. 14. audiri] ed. pr. ed. Veneta H. Scoti 1545. *audire.* V. 17. *Observatote*] *Observat orare* edd. pr. Veneta, etiam H. Scoti 1545. Ibid. *ut blande palpetur mulieri*] Sic etiam edd. pr. Veneta. Apud Plautum legitur: *quam blande mulieri palpabitur.* V. 18. RAPERE IN PEIOREM PARTEM] *observari et rapere in deteriorem partem* edd. pr. Veneta. V. 20. RAPERE IN PEIOREM PARTEM] *Rapere in deteriorem partem* rursus edd. pr. Veneta. V. 22. INDICIO IPSÈ DE SE: Expressit simplicitatem vera dicturi] *indicio. mire de se expressit simplicitatem veram* (*vera* ed. pr.) *dicturus* edd. pr. Veneta. MS. Boend. Volgo: INDICIO DE SE IPSE ERIT: *Mire expressit simplicitatem vera dicturi.* V. 23. cum] *quam* MS. Boend. Ibid. de se] *se* edd. pr. Ven. MS. Boend. Ibid. dixit] *dixerit* MS. Boend.

P. 8. v. 2. et de aliis etiam prodit] *et aliis etiam prodit* edd. pr. Veneta. V. 3. et adhuc invitus quiddam provolgat] Sic scripsimus ex MS. Boend.: *et adhuc invitus quidnam provolgat.* Quo ducunt etiam edd. pr. Veneta: *et adhuc invitus quidnam promulgat.* Volgo: *et qui invitus*, reliquis omissis. V. 4. indicium] *iudicium* edd. pr. Veneta. V. 6. LAUDIN AN VITIO: Medium non fecit] *Laude an vitio. medium infert etc.* ed. pr. *Laudi. an. v. medium infert etc.* ed. Veneta. V. 8. SYNAPOTHNESCONTES] *synapothiscontes* ed. pr. *Synapothniscontes* ed. Veneta. *Synapothnescontes* etiam ed. Veneta H. Scoti. Volgo: *ΣΥΝΑΠΟΘΝΙΣΚΟΝΤΕΣ.* V. 10. Sicut apud Graecos *δρᾶμα*, sic apud Latinos generaliter *fabula* dicitur] *apud graecos dramasi caput Latino more fabula dicitur* edd. pr. Veneta.

V. 12. mimus, Rhinthonica] Sic primus scripsit Reuvensius in *Collectan. litt.* p. 68. Conf. Io. Henr. Neukirchi librum *De fabula togata Romanorum* p. 48 sqq., qui totum Donati locum ita constituendum existumat: *tragoedia, comoedia, togata tabernaria, praetexta crepidata, Atellana, mimus, Rhinthonica.* Ceterum ed. pr. habet: *mictos. Rhinthonica.* ed. Veneta: *myctos: Rhynthonica.* MSS. apud Lindenbrogium: *μικτὸς rithmus.* Volgo: *Μικτὸς,* Rhintonica. V. 15. In graeca] *integra* ed. pr., non Veneta. Sed talia posthac non adnotabo. V. 20. Quum aliam transferret] Ed. Veneta. MS. Boend. et edit. anonyma apud Westerhovium: *Quum alium* (sc. *locum*) *transferret.* Ed. pr.: *cum aliam transferret*, ut volgo. Abr. Wielingius recte coniecisse videtur: *cum illam transferret.* Possit etiam scribi: *cum fabulam transferret.* V. 22. In Adelphos] *in Adelphis* edd. pr. Veneta. V. 27. Eam nos acturi] Sic edd. pr. Veneta, volgo tantum: eam. V. 31. Ordinem harum adnotationum mutavimus ex edd. pr. Veneta, ut saepe alias. Hic accedit etiam editio H. Scoti. Ibid. cuius aemulari] *cui. s. emulari* ed. pr. *cui aemulari* ed. Veneta. V. 32. negligentiam. ℐ Reprehensum] *Negligentia reprehensum* edd. pr. Veneta. Ibid. Retentum] *retortum* edd. pr. Veneta.

P. 9. v. 1. Quod] *quid* edd. pr. Ven. V. 2. *Nam ego hanc machaeram meam dico*] Sic etiam edd. pr. Veneta. Apud Plautum legitur: *Nam ego hanc machaeram mihi consolari volo.* V. 3. Scipionem Africanum significat] *ut. S. Affricanum*, omisso verbo *significat*, edd. pr. Veneta, ut recte legi possit: *Ut Scipionem Africanum et Laelium Sapientem etc.*, quem ad modum scriptum est in editione Veneta H. Scoti. V. 4. Furium Philum] Sic ego scripsi. *Furium pilum* ed. pr. *furium pium* ed. Veneta. Volgo: *Furium Publium.* V. 6. in Chryse] *in chrese* edd. pr. Veneta. V. 8. adversarius] *adversare* ed. pr. MS. Boend. MS. Hulst. *adversar̄* ed. Veneta. V. 9. hic] Sic etiam edd. pr. Venet. *hoc* MS. Boend. MS. Hulst. Ibid. non tangit] *impingit* edd. pr. Veneta. MS. Boend. MS. Hulst. V. 10. Nobis] *vobis* edd. pr. Veneta. V. 11. qui in cavea sunt] *qui in ea cavea sunt* ed. pr. Veneta. Ibid. qui etiam praeter theatrum] *qui etiam praeerat theatro* edd. pr. Veneta. MS. Boend. V. 13. Furii Phili] Sic ego scripsi. *Furii pili* edd. pr. Veneta hic consentientes. *Puri pili* MS. Danielis apud Lindenbrogium. Volgo: *Furii Publii.* Vide supra ad versum 15. V. 15. *Σχῆμα ἀποσιώπησις*] Graeca omissa sunt in edd. pr. Veneta, ut fere semper. V. 16. non] om. edd. pr. Veneta. Ibid. imo potius ceterae] *sed et ceterae* MS. apud Lindenbrogium. V. 17. Sed ipsi senes] *Haud ipsi* MS. apud Lindenbrogium. V. 19. motorius et statarius] *motorius: statarius* edd. pr. Veneta.

ACTUS PRIMI SCAENA PRIMA. V. 10. v. 1. Non redhit hac nocte] Haec adiecimus ex edd. pr. Veneta volgo

omissa. V. 6. miles vel Thraso] Sic scripsimus ex edd. pr. Veneta: *vel miles Thraso.* Volgo tantum: *miles Thraso.* Ibid. vel Polemon] *Vel Palemon* edd. pr. Veneta, etiam ed. H. Scoti, quod poterit esse: *Palamon.* V. 7. vel ab odore] *et ab odore* edd. pr. Veneta. Volgo: *ab odore.* V. 8. vel a ludo] *et a ludo* edd. pr. Veneta. Ibid. Circus] *Ciricus* edd. pr. Veneta. Fuit, nisi me fallit: *Corycus*, quod immutatum in *Coricus*, deinde depravatum in *Ciricus*, denique falso correctum *Circus* est. Nomen *Corycus* similiter corruptum est in M. Tulli oratione *Philippica* XIII. cap. 12. §. 26., ad quem locum vide adnotationem nostram vol. III. p. 1117. V. 9. est] om. edd. pr. Veneta. V. 10. per ἀντίφρασιν] *per antiphrasim* edd. pr. Veneta et sic infra v. 13. V. 11. imposuerit] *imposuit* edd. pr. Veneta. V. 15. contentione] *contentio* edd. pr. Veneta. Ibid. argumentum] *argumenta* edd. pr. Veneta. V. 17. non Aeschinum — absentem credit] *non eschinum absentem non credit* ed. Veneta, reliquis omissis. V. 18. servuli] *servi* edd. pr. Veneta. V. 19. praestolantur] *praestolant* ed. pr. V. 24. IERANT] *ierant quisquam* edd. pr. Veneta, in quibus tamen etiam ante *quisquam* habetur. V. 27. QUISQUAM] om. edd. pr. Veneta. Ibid. Propter Storacem] Sic etiam edd. pr. Veneta, sed tamen videtur ex MS. Hulst. et editionibus quibusdam veteribus apud Westerhovium legendum: *Praeter Storacem etc.*, ut de istis servolis accipiendum sit, qui praeter Storacem, qui fuerat comes adulescentuli, obviam iverint. V. 29. *adversitores*] *adversatores* edd. pr. Veneta.

P. 11. v. 3. *et vento petiisse Mycenas*] om. edd. pr. Veneta. V. 4. Absolute, non addidit QUI] *Hoc absolute. Nam addidit* edd. pr. Veneta. V. 5. Abundat USPIAM] *Abundat* (om. *uspiam*) edd. pr. Veneta. V. 6. ∮ AUT IBI: Uspiam] *aut tibi uspiam* ed. pr. *aut uspiam* ed. Veneta. V. 8. refert. V. 5. IN TE UXOR: Subaudiendum est hic: IRATA. ∮ IRATA: Uxor scilicet.] Sic nos ex coniectura hunc locum refinximus. Volgo legitur: *refert in desertorem.* V. 5. UXOR: *Subaudiendum est: dicit irata uxor.*, cum qua lectione conspirant edd. pr. Veneta, nisi quod cum MS. Boend. et editis vetustis apud Westerhovium ultima verba sic habent: *Subaudiendum est, dicit. Irata, uxor scilicet.* V. 10. sentimus aut cogitamus] Corrige: *sentimus, aut cogitamus etc.* V. 11. et utrumque] *utrumque* edd. pr. Veneta. V. 12. ἐνδιάθετος] Sic MS. ap. Lindenbrogium. Volgo: ἐνθυμηματικός. Edd. pr. Veneta hic quoque Graeca omittunt. V. 14. *Et mihi iam multi*] *Et multi iam mihi* edd. pr. Veneta. V. 18. non addidit] Sic edd. pr. Veneta, etiam ed. H. Scoti. Volgo: *non addit.* V. 19. quia] om. edd. pr. Veneta. V. 23. ∮ AUT TE AMARE COGITAT AUT: Minus peccati est] *aut te te amari cogitet. aut minus peccati est* ed. pr. *Aut te amari. c. aut mius peti e* ed. Veneta. Volgo: *AUT TE AMARE COGITAT: aut minus*

peccati est. V. 24. nulla re impellente] Sic edd. pr. Veneta, etiam ed. H. Scoti. Volgo: *nulla re te impellente.* V. 29. AUT TE AMARE COGITAT.] Pro his in edd. pr. Veneta haec leguntur: *aut te amari: et ego quia non rediit filius quae cogito.* V. 30. Quia] Sic edd. pr. Veneta, etiam ed. H. Scoti. MS. Boend. Volgo: *Qui.* V. 31. TETE] *te* ed. pr., non Veneta.

P. 12. v. 2. ET QUIBUS] *Quibus et* ed. pr. *et quibus et* ed. Veneta. Ceterum ordinem harum adnotationum mutavimus ex edd. pr. Veneta. V. 5. ut uxor] *uexor* edd. pr. Veneta. Ibid. AUT] *aute* ed. pr. V. 6. § EGO — dixit] Haec adnotatio ponenda est versu quarto post verba: *cogitationem suam.* V. 12. *V. 11. *NE AUT ILLE ETC.* Hoc loco ponunt edd. pr. Veneta hanc adnotationem. V. 14. caveri] *cavere* edd. pr. Veneta. V. 19. ATQUE] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Atqui.* V. 20. quid paterer] *quod pater* ed. pr. *quid pater* ed. Veneta. V. 21. NON EST] om. edd. pr. Veneta. V. 23. Transitus] *Transit* edd. pr. Veneta. V. 27. *διαπίστευσις*] Volgo *διαπίστησις*. Ibid. Figura ipsam vitam clementem dicimus] Sic scripsimus ex vestigiis MS. Hulst.: *Figura ipā̄ tam clementem dicimus,* et MS. Dan. apud Lindenbrogium: *Figura ipsata clementem dicimus.* Volgo: *figura ipsa. VITAM CLEMENTEM dicimus,* et sic etiam edd. pr. Veneta. Wielingius scribendum coniecit: *Figura. Ipsam vitam clementem dicit, quae clementes facit.*

P. 13. v. 4. Romani scilicet] *r. s.* ed. pr. *s.* ed. Veneta. V. 7. EITA — ME.] Haec omnia om. edd. pr. Veneta. V. 15. concinna] *continuata* edd. pr. Veneta. V. 17. § ISTI PUTANT: Id est, hi, qui a me dissentiunt] Edd. pr. Veneta: *Isti autem i. hii* (*hi* ed. Veneta) *qui a me dissentiunt,* ut simpliciter scribendum esse videatur: *ISTI autem, id est, ii, qui a me dissentiunt.* V. 28. ut Andria] Corrige: *ut in Andria.* V. 33. *miseriam*] *miseram* edd. pr. Veneta. V. 35. MAIOREM ADOPTAVI MIHI] Haec addidi ex edd. pr. Veneta.

P. 14. v. 2. *audivisse*] *audisse* edd. pr. Veneta. V. 3. INDE EGO HUNC] Sic scripsimus ex edd. pr. Veneta: *Inde ego: nunc.* V. 5. Quod nos *educare* dicimus] Sic etiam edd. pr. Veneta. Volgo legebatur: *Quos nos educare dicimus.* V. 8. Quaeritur, quid sit HABUI] haec om. edd. pr. Veneta. V. 9. dicantur] *dicuntur* edd. pr. Veneta. V. 10. *Semper eius*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Semper enim eius.* Ibid. *habita soror*] Sic edd. pr. Veneta, sed corrige: *habita est soror,* ut volgo legitur. V. 11. Et sic: *Itaque habeantur, itaque dicantur*] Edd. pr. Veneta: *sic itaque habeantur: dicantur.* Volgo: *Et, Sic itaque habeantur, itaque dicantur,* quod nos mutata distinctione posuimus. Nam videtur in his latere: Cicero: *itaque habeantur, itaque dicantur,* ut Donatus quendam locum oratoris ante oculos habuerit similem eorum, quos nos tractavimus in *Quaestionum Tullianarum* libro I. p. 138 sq. V. 12.

subaudiendum est his] Hoc volt Donatus dicere. Etiam ad Habui intellegendum est *pro meo*, ita ut nihil mutandum esse videatur. Conferantur ea, quae Donatus infra scripsit ad v. 30. V. 15. § IN EO ME OBLECTO — *casus mihi*] Haec sic iam scribendum existumo ex edd. pr. Veneta: SOLUM ID MIHI CARUM plus significat, quam si diceret: *Solus is est carus mihi.* § IN EO ME OBLECTO: Nove dixit pro: *eo me oblecto.* Volgo: *IN EO ME OBLECTO: Nove dixit pro, e o m e o b l e c t o. SOLUM ID EST CARUM MIHI:*] *Plus autem significat, quam si diceret: S o l u s is e s t c a r u s mihi.* V. 18. ILLE UT ITEM CONTRA ME FACIAT:] Edd. pr. Veneta: *Ille ut faciat.* V. 20. *Ut — optimus*] Sic etiam edd. pr. Veneta. Apud Plautum nunc legitur: *Et illa illum contra, qui est amor cultu optimus.* V. 23. Et si licet] *Et scilicet* edd. pr. Veneta. V. 26. Non necesse est, etiam si liceat] *non licet etiam si non necesse est* edd. pr. Veneta. V. 27. ius suum] Sic edd. pr. Veneta, sed tamen servandum videtur, quod volgo legitur: *ius summum.* V. 30. clanculum patres suos] Haec om. edd. pr. Veneta. V. 32. ad aetatem] *ob aetatem* edd. pr. Veneta, MS. Boend., quem ad modum coniecit Cornelius van Bynkershoek apud Westerhovium. Sed tamen *peccata ab adolescentibus ad aetatem removendo*, recte dici potuit, id est, eo, quod peccata non tam ipsis adolescentibus, quam aetati aut adolescentiae eorum tribueret.

P. 15. v. 4. est INSUERIT πρὸς τὸ] haec omnia om. edd. pr. Veneta. V. 10. CREDO] *puto* edd. pr. Veneta. V. 11. quae retinet — a vitiis.] Haec sic constituimus ex edd. pr. Veneta. Volgo haec ita leguntur: *a vitiis scilicet: nam vitia filios retinent: quos retinent patres, a vitiis scilicet. Nam r e t i n e t, qui adversum aliquem tenet.* V. 15. NON CONVENIUNT] Corrige: *Et NON CONVENIUNT*, ut etiam edd. pr. Veneta habent et volgo legitur. V. 16. id est] *et* edd. pr. Veneta. V. 23. NOBIS?] Hoc om. edd. pr. Veneta. V. 26. dicantur] *discantur* edd. pr. Veneta consentientes.

P. 16. v. 4. ES] *est* edd. pr. Veneta hic et infra v. 5. V. 6. AEQUUM ET BONUM] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *PRAETER AEQUUMQUE ET BONUM.* V. 7. AEQUUM BONUM] Sic etiam ed. Veneta. *aequum et bonum* ed. pr. Hinc erant qui scriberent: *Potuit et non addi*: *PRAETER AEQUUM ET BONUM.* V. 12. cuiuslibet] *cui libet* edd. pr. Veneta. V. 15. VI QUOD FIT] Haec adieci ex edd. pr. Ven. *Fit quod vi.* V. 16. ADIUNGITUR] om. edd. pr. Veneta. V. 17. Illud f i t, quod v i, hoc adiungitur]. *illud fit quod vi huic adiungitur* ed. pr. *illud qt vi fit huic adiungitur* ed. Veneta. V. 21. et ἰδιωτικῶς] om. edd. pr. Veneta. Lindenbrogius mavolt: *et* ἠθικῶς. V. 22. μακρολογία] *macrologia* edd. pr. Veneta. V. 27. CREDIT] om. edd. pr. Veneta. V. 28. TANTISPER quasi *tantumper* — dictum est] *pro quasi tantum. ut paulisper paululum et parumper quasi parum dictum est*

edd. pr. Veneta. V. 30. Nam] *non* edd. pr. Veneta. V. 31. quasi malum] Sic ed. Veneta. MSS. apud Westerhovium. *quasi malos* ed. pr. Volgo: *quasi malo.*

P. 17. v. 1. Sed AD INGENIUM REDIT] Sic etiam edd. pr. Veneta. MSS. apud Westerhovium. Olim legebatur: *Ad ingenium redit.* V. 5. *ΚαλαντεθηκηνAN* *] Scribendum coniecerunt recte, ut videtur: *κατ' ἀντίθετον.* V. 6. Ille c o a c t u s] *coactus* edd. pr. Veneta. V. 7. hic p r a e s e n s] *et hic praesens* edd. pr. Veneta. V. 8. et τὸ] *et eo* ed. pr. *et id* ed. Veneta. Ibid. et a b s e n s] *absensque* ed. Veneta, non ed. pr. V. 10. Contra illud ait] Sic volgo, sed corrige ex ed. Veneta: *Contra illud, quod ait*, quacum etiam ed. pr. facit: *contra illud qui ait*, compendio commutato. V. 12. benefacere] *bene* edd. pr. Veneta. *&* PRAESENS] *praesensque* edd. pr. Veneta. V. 14. *rursus*] Sic edd. pr. Veneta, etiam ed. H. Scoti. Volgo: *rursum*, ut supra v. 46. legitur. V. 15. POTIUS] Addunt edd. pr. Veneta. V. 16. hoc] *et hoc* edd. pr. Veneta. Ibid. ducitur] *dicitur* eaedem edd. V. 19. revocet] *revocat* edd. pr. Veneta. V. 21. Hoc] *hoc est* ed. pr., non Veneta. V. 23. FATEATUR NESCIRE: Hoc indicat et se melius] *Fateatur nescire se: hoc est indicat se melius* edd. pr. Veneta. V. 26. *&* NESCIRE IMPERARE: Deest se] Hoc loco et his verbis edd. pr. Veneta hanc adnotationem habent. Volgo ante superiorem adnotationem haec ita leguntur: *FATEATUR NESCIRE*: *Deest se.* V. 28. HIC] *is* ed. pr. om. ed. Veneta. V. 29. sermo est] *sermone* ed. pr. V. 31. proprior] Corrige: *propior.* Ibid. utpote senili nec in longum prospicientе conspectu] Pro his in edd. pr. Veneta, MS. Boend. haec habentur: *ipsum a longe conspectum senio vetante non bene cognoscens ac indubius*, nisi quod ed. Veneta *indubiū* habet, quae verba sic videntur scribenda: *ipsum a longe conspectum, senio vetante, non bene cognoscens nec indubius.*

P. 18. v. 2. *Tum*] *tunc* edd. pr. Veneta. Ibid. *effundit*] *effudit* ed. Veneta. V. 2. *Nescio propter quid*] *Propter nescio quid* ed. pr. V. 4. CREDO IAM] Addunt edd. pr. Veneta.

ACTUS PRIMI SCAENA SECUNDA. P. 19. v. 1. HEM] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: EHEM. V. 2. diversae partes] Sic MS. Boend. Volgo: *diversi patres*, quem ad modum etiam in edd. pr. Veneta scriptum est. V. 4. in delictis] Haec addidimus ex edd. pr. Veneta, etiam ed. H. Scoti, MS. Boend., volgo omissa. V. 6. faciat] *foecit* ed. pr. *fecit* ed. Veneta. V. 14. NEC METUIT] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *NEQUE METUIT.* V. 19. oratoria] *oratorie* edd. pr. Veneta. V. 21. FACTA SUNT, OMITTO: Accusatio] *Omnis mira accusatio* edd. pr. Veneta.

P. 20. v. 1. OMITTO: *Παράληψις.*] Hanc adnotationem om. edd. pr. Veneta. In volgata scribendum est certe: *Παράλειψις.* V. 4. etiam] *iam* edd. pr. Veneta. V. 6. quae fuerit] *quae fuerat* edd. pr. Veneta. MSS. apud Westerhovium, alii

quae fiunt. Volgo: *quae sunt.* V. 7. contractionem] *contradictionem* ed. Veneta. V. 8. contingit] *contigit* ed. pr. V. 11. retinent] *retinet* edd. pr. Veneta. V. 13. designata] *signata* ed. Veneta. V. 14. contemnens] *contentione* edd. pr. Veneta. V. 19. dilatetur] *dilatatur* edd. pr. Veneta. V. 25. MULCTAVIT] Sic ed. pr. *m.* Veneta. *multavit* ed. H. Scoti. Volgo: MULCAVIT. V. 27. MULCTAVIT] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: MULCAVIT. V. 29. et] om. edd. pr. Veneta. Non male. V. 31. et ex hoc] *et hoc* edd. pr. Veneta. V. 32. contentus facti atrocitate] *contemptu facti: atrocitatem* edd. pr. Veneta. V. 33. vilitatem] *utilitatem* ed. Veneta. Ibid. MULIEREM ERIPUIT] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *ERIPUIT MULIEREM.* V. 35. A praeiudicato et auctoritate rumoris] *Adiudicatio ex auctoritate rumoris* edd. pr. Veneta. MS. Boend. V. 36. Hoc] *Hic* ed. pr.

P. 21. v. 1. Hoc] *Hic* edd. pr. Veneta. V. 3. Salustius: In ore gentis agens. ¶ POPULO: Civitati] *Salustius* (*Salu.* ed. pr.) *in ore gentibus agens. Populo civitati* edd. pr. Veneta. Volgo: *Salustius: In ore gentibus agens, populo, civitati.* V. 6. OPERAM DARE] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *DARE OPERAM.* V. 9. RURI ESSE ETC.] Haec sic transposuimus ex auctoritate edd pr. Venetae. V. 12. REI DARE OPERAM RURI: Quam facete poeta] *Rei dare operam: quicquam facere. Poeta* edd. pr. Veneta. MS. Boend. V. 14. Hoc] *Hac* edd. pr. Veneta. V. 14. FACTUM] om. edd. pr. Veneta. V. 21. ἀσυνδέτως] *asyntheton* edd. pr. Veneta. V. 25. *gnatum*] *natum* edd. pr. Veneta. V. 27. EST] Addunt edd. pr. Veneta. Ibid. tamquam apud alterum de altero loquitur] Sic nos scripsimus. Edd. pr. Veneta: *tamquam de altero loquitur.* Volgo: *tamquam apud alterum loquitur,* ita ut, quid Donatus scripserit, facile appareat. V. 29. NIHIL RECTUM PUTET ETC.] Ordinem harum adnotationum mutavimus ex ed. H. Scoti et partim ex edd. pr. Veneta. V. 32. QUORSUM ISTUC?: Deest *pertinet* aut *dicis.*] Haec om. edd. pr. Veneta.

P. 22. v. 1. *V. 19. NISI QUOD IPSE FACIT: *Αὐθάδεια.*] Pro his edd. pr. Veneta: *et est*, deinde lacuna est. V. 4. qua] *quia* edd. pr. Veneta. V. 8. est] om. edd. pr. Veneta. V. 9. Et veniae] *Veniae* edd. pr. Veneta. V. 10. est constitutus] *constitutus est* edd. pr. Veneta. V. 14. quod *et irruit*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *quod irruit.* V. 15. *potare:* quod] *potareque* ed. pr., non Veneta. V. 16. leve reddit] *lene reddidit* ed. pr. *leue reddidit* ed. Veneta. Ibid. id est, *fores effringere*] *ideo fores effregit* edd. pr. Veneta. V. 17. Non enim ipse intelliget] *Non enim intelliget* ed. pr. Volgo: *Non enim, me intellige,* ut etiam ed. Veneta. V. 18. sic Caecilium] *sic celum* ed. pr. *sic caelum* ed. Veneta. Volgo: *sic Caelium.* V. 21. NEQUE POTARE NEQUE FORES EFFRINGERE] Haec addunt edd. pr. Veneta. V. 23. fecit] *facit* edd. pr.

Veneta. V. 21. SIVIT] *sinit* ed. pr., non Veneta. V. 26. TU] Edd. pr. Veneta. Volgo: *tum*, id quod reponendum est. V. 28. Quia] *Qui* edd. pr. Veneta. V. 30. *Memini me tum fieri pravum*] *Minime nomine fieri pravum* edd. pr. Veneta. Volgo: *Memini me fieri pravum*. V. 31. NAM SI ESSET UNDE ID FIERET: .....] Pro his edd. pr. Veneta: *Nam si esset unde fieri quidnam posse quod fiat*. Ibid. est] hoc post *consequens* habent edd. pr. Veneta. V. 32. admittitur] *admittetur* ed. Veneta.

P. 23. v. 1. ET TU] TU edd. pr. Veneta et habent hanc adnotationem ante superiorem. V. 3. et molestae vitae] Sic MS. Hulst. et MS. Reg. Lindenbrogii. Volgo: *et malae vitae*, ut edd. pr. Veneta. Ceterum ordinem harum adnotationum immutavimus ex edd. pr. Veneta, quod etiam aliis locis multis factum est, ubi nihil adnotavimus. V. 6. exoptanda] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *optanda*. V. 9. Demea] *Demeae* edd. pr. Veneta. V. 10. sed ut quiddam] *ut quidem* edd. pr. Veneta. V. 12. ALIENIORI] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *ALIENIORE*. et sic infra v. 15. V. 14. retinere] Sic etiam ed. pr., sed ed. Veneta, ut MSS. et edd. vett. apud Westerhovium *retineri*. V. 17. PROH] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *PRO*. Ibid. est] om. edd. pr. Veneta. V. 18. Demea] *Demeam* ed. Veneta. Ibid. ADIGIS] *adiges* edd. pr. Veneta. V. 22. eisdem] Sic ed. Veneta. Volgo: *iisdem*. V. 26. TUUM] *tu* ed. pr. Ibid. ADOPTANDUM] *adoptatum* ed. pr. *ado.* ed. Veneta. V. 30. Quasi confessionis genus sit adversarium tacuisse, sic progreditur] Sic haec verba collocata sunt in edd. pr. Veneta. Volgo: *Sic progreditur, quasi confessionis genus sit adversarium tacuisse*. V. 32. a non] *aut a non* edd. pr. Veneta. Ibid. § SI QUID PECCAT, DEMEA: *Τῷ ἰδιωτισμῷ*] Haec omnia om. edd. pr. Veneta.

P. 24. v. 5. *fata*] Repone ex edd. pr. Veneta: *facta*, quem ad modum apud Virgilium legitur. V. 15. exercitationis] *esse rationes* edd. pr. Veneta. V. 19. UBI] *ibi: ubi* edd. pr. Veneta. V. 21. deperisse] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *deperiisse*. V. 27. fuerant] *fuerunt* edd. pr. Veneta. V. 29. FIANT] *fieri* edd. pr. Veneta.

P. 25. v. 1. AB ALIIS, QUI VERE SCIUNT] *Pater disce esse ab aliis* ed. pr. *Pater disce esse ab illis* ed. Veneta. Ibid. *a me disce*] *a me dicere* edd. pr. Veneta. Volgo: *a me dicere*. V. 2. AB ALIIS] *ab eis* ed. Veneta. V. 3. NATURA] *Nam* ed. pr. V. 6. sed affectu] *sed effectu* ed. pr. V. 7. cum vero posse sine perturbatione perfrui iis, quos amat] *cum non possit sine perturbatione perfrui his, quae amat* edd. pr. Veneta. MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 8. fecerit] *fecerat* Edd. pr. Veneta. V. 9. quum NATURA] Corrige: *TU NATURA cum singulariter dixerit, pluraliter intulit* CONSILIIS EGO, ex edd. pr. Veneta. Nam *TU NATURA* requiritur ab eo, quod sequitur: *CON-*

SILIIS EGO. V. 11. TUN] *tu* edd. pr. Veneta. V. 12. ideo] om. edd. pr. Veneta. Ibid. TUN] *tu* ed. pr. *tu ne* ed. Veneta. V. 14. TUN] *tu* edd. pr. Veneta. Ibid. a consulendo] *a consultando* edd. pr. Veneta. V. 25. UTERQUE] *utrique* ed. pr. *u.* ed. Veneta. V. 26. UTERQUE] *utrique* edd. pr. Veneta. V. 29. incusatio] *accusatio* ed. Veneta.

P. 26. v. 1. et] om. edd. pr. Veneta. V. 2. quae ἐπιτροπή] om. edd. pr. Veneta. V. 5. ISTUC] *istud* ed. pr. V. 6. decedentis] *discedentis* ed. Veneta. V. 8. *I*] om. edd. pr., non Veneta. V. 9. PEREAT] om. edd. pr. Veneta. V. 12. Quasi rursum curans irasceris?] Sic edd. pr. Veneta, nisi quod *irasceris* trahunt ad sequentia, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo tantum: *Quasi curans irasceris?* V. 19. quia alienus sum] Haec om. edd. pr. Veneta. Sed corrige: *quia alienus non sum*, ut volgo legitur. V. 20. iam] om. edd. pr. Veneta. V. 24. IPSE SENTIET POSTERIUS] *iste sentiet* edd. pr. Veneta. V. 25. quantumque] *quantamcumque* edd. pr. Veneta, et sic, ut videtur, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 27. *Sit rogas?*] *sic rogas* ed. Veneta, non ed. pr. V. 29. NOLO IN ILLUM GRAVIUS] *Iste tuus iste sentiet postremo malo nullum* (*m. n.* ed. Venet.) edd. pr. Veneta.

P. 27. v. 3. NECNIHIL, NONNIHIL] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *NIHIL et NONNIHIL*. V. 4. in reprehendendo adolescente] *reprehendendo adolescentem* edd. pr. Veneta. V. 5. patribus] *precibus* edd. pr. Veneta. V. 6. Micioni seni] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Micionis*. V. 7. NEQUE OMNIA HAEC] *Nec haec omnia* edd. pr. Veneta. Ibid. TAMEN] Hoc addunt edd. pr. Veneta. V. 8. dixit] om. edd. pr. Veneta. V. 10. sunt] om. ed. pr. Ibid. dicit] om. ed. pr. Veneta. V. 12. NEQUE TAMEN HAEC, QUAE DICIT, SUNT OMNIA] *Hoc tamen*, ceteris omissis, edd. pr. Veneta. V. 13. NEC NIHIL] *neque nihil* edd. pr. Veneta. V. 14. quam — demonstrare] *quam quod — demonstrare* ed. pr. *quam quod — demonstraret* ed. Veneta. V. 20. aut ILLI] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *aut illic*. V. 23. AEGRE PATI] *aegre me pati*. V. 23. parens] *patiens* edd. pr. Veneta. V. 30. ETIAM] om. edd. pr. Veneta. Ibid. SIM EIUS] *eius sim* edd. pr. Veneta. Ibid. *Σύλληψις*.] Hic edd. pr. Veneta habent post magnam lacunam: *ut sit mihi reprehensio*, infra v. 33. repetita. V. 32. NONNULLAM] *nonnulla* edd. pr. Veneta. V. 33. gravis] *gravius* edd. pr. Veneta.

P. 28. v. 4. contineant] *continent* edd. pr. Veneta. Ibid. admirantis] *admirandum* edd. pr. Veneta. V. 5. ostendit] *ut ostendat* edd. pr. Veneta. V. 6. scire, nihil autem de vitiata virgine] *scientis nihil de vitiata virgine* edd. pr. Veneta. V. 9. AUT CUI] om. edd. pr. Veneta. V. 10. ALIQUID] Fortasse scribendum est, ut voluit Westerhovius: *CUI et ALIQUID dicendo etc.* Ibid. vel meretricum vel munerum] Sic nos scripsimus. Volgo et in edd. pr. Veneta legitur: *vel meretricem vel nu-*

merum. Westerhovius conieccerat scribendum: *meretrici et munerum.* V. 11. παρένθεσις πρώτη] *parenthesis puto* edd. pr. Veneta. V. 13. aut *puto.*] Pro his edd. pr. Veneta hanc adnotationem exhibent: *Credo, id est, puto.* V. 14. DIXIT VELLE UXOREM DUCERE] *dixit se velle uxorem ducere* ed. pr. *dixit se uxorem u. d.* ed. Veneta. V. 15. quum etiam per nescias personas] *cur etiam per personas* edd. pr. Veneta. V. 16. nesciat] *sciat* edd. pr. Veneta. V. 18. VELLE UXOREM] *uxorem velle* ed. Veneta. Ibid. ostendit nescius argumentum] *tendit nescium argumentum* edd. pr. Veneta. V. 19. ideo, quia] *ideoque* MS. Boend. V. 20. consuetudines. Et apparet] *consuetudinis ut appareat* edd. pr. Veneta. V. 21. conatum] *coactum eum* edd. pr. Veneta. Ibid. ex amore] Sic scripsimus ex edd. pr. Veneta, MS. Boend. Volgo: *amore.* V. 22. tantum hoc] *tantumque hoc* edd. pr. Veneta. MS. Boend. V. 23. quam autem vellet, tacuisse confusum] *dixisse malens* (ed. pr. *mallens*) *quam velle tacuisse confusum* edd. pr. Veneta, MS. Boend. V. 25. DEFERVISSE] *deferbuisse* ed. pr. *d.* ed. Veneta. V. 26. quum errasse] *quum quem errasse* edd. pr. Veneta. Ibid. nos] *non* ed. pr. V. 28. totum] *tot* edd. pr. Veneta. Ibid. DEFERVISSE] *Deferbuisse* edd. pr. Veneta et sic infra v. 29. V. 30. DESAEVISSE] *desenuisse* ed. pr. *deseruisse* ed. Veneta. V. 32 EST] om. edd. pr. Veneta. V. 35. est] om. ed. Veneta.

ACTUS SECUNDI SCAENA PRIMA. * P. 29. v. 3. conclamare] *conclamari* edd. pr. Veneta. V. 4. ATQUE] *et* edd. pr. Veneta. V. 6. contumacis] *et contumacis* ed. Veneta. V. 7. vehementiora] om. ed. Veneta. V. 13. *V. 1. MISERO ETC.] Hunc verborum ordinem restituimus ex edd. pr. Veneta. Volgo haec post *contumacis* leguntur. V. 15. OTIOSE secure] *secure* edd. pr. Veneta. V. 17. § OTIOSE, NUNC IAM ILLICO HIC CONSISTE] *Ociose iam illico consiste* edd. pr. Veneta. V. 19. tempus NUNC, locum HIC] *tempus iam ilico* edd. pr. Veneta. V. 22. *arrectus uterque*] *arrectus utrique* ed. pr. *erectus utrique* ed. Veneta. V. 23. *abducam*] *adducam* edd. pr. Veneta.

P. 29. v. 3. EST] *sit* edd. pr. Veneta. Ibid. NON] *tamen non* edd. pr. Veneta. V. 2. NUMQUAM ETC.] Hic quoque ordo adnotationum in edd. pr. Veneta habetur. V. 12. hic] *hoc* pr. Veneta. V. 16. quasi dicat] *quasi qui dicat* edd. pr. Veneta. V. 18. Hic respondit] Corrige: *Hic sic respondit.* Ibid. minutio capitis] Sic scripsimus ex ed. pr. *minucio capitis.*, cui accedunt ed. Veneta, MS. Boend., edd. vett. apud Westerhovium, in quibus est: *monitio capitis.* Volgo: *imminutio capitis.* V. 20. denuntiatio comminantis est] Sic edd. pr. Veneta. MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo inde a Lindenbrogio legitur: *Nam denuntiatio comminantis est.* V. 22. Figurate. Ergo: QUOD] Sic cum Westerhovio scripsimus. Volgo: *Figurate ergo. QUOD ETC.* V. 23. Aut enim] *ut cum aut.* Edd. pr. Veneta. V. 24. aut floccum moverat

aut summum digitum] *vel floccum monet* (*mouet* ed. Veneta) *rata moverat aut summum digitum.* V. 25. PERSEQUAR] *prosequar* ed. pr. Ibid. lenonium] *lenocinium* edd. pr. Veneta. V. 26. MEUM IUS: Meam vindictam] *meam vindictam* edd. pr. Veneta. V. 28. quae redditur] *quae sic redditur* edd. pr. Veneta. Ibid. PROSEQUAR] *persequar* ed. pr., non Veneta. V. 29. *Tu*, *dum*] *Tun*, *dum* ed. pr., non Veneta. Ibid. *potes*] *potest* ed. pr. *pōt.* ed. Veneta. V. 30. *Ne tantulum quidem*] *Nec tantillūm quidem* edd. pr. Veneta. Ceterum hic quoque ordinem adnotationum ex edd. pr. Veneta mutavimus.

P. 31. v. 1. UNQUAM] *nunquam* ed. pr. *n.* ed. Veneta. Ibid. MIHI RE MALEFECERIS] *quod in. r. m. malefeceris* ed. pr. *quod in r. m.* ed. Veneta. V. 4. est] *eadem est* edd. pr. Veneta. V. 14. INDIGNIS] *indignus* edd. pr. Veneta. V. 16. ABI PRAE STRENUE] *Abi nunc prestrenue* ed. pr. *Abi n. p.* ed. Veneta. V. 17. ABI PRAE] *abi* ed. pr. V. 21. ABI PRAE STRENUE: Magna contemptio lenonis innuitur, non respondisse] *abi enim magna contentio lenonis innuitur non respondisse* ed. pr. *Abi p. magna. n. contentio innuitur non respondisse* ed. Veneta. Volgo: *ABI PRAE STRENUE: Magna contemptio minarum lenonis, non respondisse etc.*

P. 32. v. 1. ISTOC ABIISTI] *istuc abiisti* ed. pr. V. 7. a pugna sit dictus] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *a pugna dictus.* V. 10. pauperioris] *pauperior* ed. pr. V. 18. Non singularem pugnum et unum dabit, sed geminabit] *Non singularem pugnam et unam dabit*, *sed geminabat* edd. pr. Veneta. V. 20. inferet] *infert* ed. Veneta. Ibid. HEI MISERO MIHI.] *Hei miseram* ed. pr. *hei m.* ed. Veneta. V. 21. NON INNUERAM] *non iniuria* edd. pr. Veneta. V. 25. non] om. ed. Veneta.

P. 33. v. 1. istae] om. edd. pr. Veneta. V. 4. voluerit] *noluerit* edd. pr. Veneta. V. 6. diva precor] *dura parens* edd. pr. Veneta. V. 10. et maxime proximi] Sic edd. pr. Veneta, MS. Boend. MS. Reg. apud Lindenbrogium. *et maxime proxime* MS. Hulst. Volgo: *et maxime a proximis,* quod non improbabile est. V. 11. contemnentis invidiam] Sic MSS. et edd. vett. Westerhovi. *contendentis in invidiam* edd. pr. Veneta. Volgo: *contemnentis in invidiam.* V. 12. ostendit] *ostendat* ed. Veneta. V. 13. qui diceret] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *qui dixerat.* V. 15. *ac virtutibus*] *an virtutibus* edd. pr. Veneta. V. 18. ut sit: QUID] *unde quid* edd. pr. *nunquid* ed. Veneta. Ibid. non quia nihil sibi] *Nihil non sibi nihil* ed. pr. V. 19. ℐ NIHIL: Facere, quia] *facere. sed quia* edd. pr. Veneta. V. 20. NOSTINE] Corrige: *NOSTIN*, ut etiam in edd. pr. Veneta legitur. Ibid. SIM] *siem* edd. pr. Veneta. V. 23. FERRES] Addunt edd. pr. Veneta. V. 24. multo minus] Sic edd. pr. Veneta. MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *multo maius*, quod est ex falsa correctione ortum. Nam plus est, quod Aeschinus dixit: *Si adtigisses*, quam si dixisset: *Si tetigisses*, sed eo ipso plus illud est, quod adtin-

gere multo minus est, quam tangere. Etenim iam si adtigisset, volt ulcisci, nedum si tetigisset. V. 26. MEAM HABERE, PRO QUA EGO?:] Sic edd. pr. Veneta. Volgo additur: *ARGENTUM DEDI.* V. 27. suffecerat] *sufficeret* ed. Veneta. V. 28. DEDI] om. ed. pr. Ibid. esse] *etiam* ed. Veneta. V. 29. quod] *qui* ed. pr. *quid* ed. Veneta. V. 29. Si mihi] *tibi magis: si mihi* ed. pr.

P. 34. v. 2. an corrumpere, id est, stuprare intelligimus?] *est corrumpere an stuprare intelligimus* edd. pr. Veneta. V. 3. FECISSE] Sic edd. pr. Veneta. Volgo additur: *ERIT MELIUS HIC CONVICIUM.* V. 7. a lauro triumphorum] *a laura trium florum* edd. pr. Veneta. V. 12. *Per patrios*] *per prĩos* ed. pr. *per primos* ed. Veneta, e compendio falso intellecto. V. 13. *Te precor — patrique*] Haec om. edd. pr. Veneta. V. 16. AEQUAM OMNIBUS] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *AEQUAM ESSE OMNIBUS.* V. 21. ISTA] *istaec* ed. pr. Veneta.

P. 35. v. 1. danda est] *donata est* ed. pr., non Veneta. V. 3. QUOD AD TE] *Id*, *quod ad te* edd. pr. Veneta. V. 5. MODO AEQUI ALIQUID] *Aequi modo aliquid* ed. pr. *aequi m. a.* ed. Veneta. V. 6. Subaudiatur] *subauditur* ed. pr. Veneta. Ibid. INIQUA ME NON VULT LOQUI] om. edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 7. Nomen patrocinatur] Haec sic ex edd. pr. Veneta constituimus, nisi quod hac infra *iniustitiae* habent, sed tamen legendum videtur ex MS. Boend. et edd. vett. quibusdam: LENO *nomen sacrilegum et iniustum. Leno iniquitatem* [*ex*] *agitat*, *leno iustitiae* (*iniustitiae* MS. Boend. et edd. pr. Veneta) *patrocinatur.* V. 13. QUO fit pronomen modo] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *quo pronomen est modo.* V. 15. *Mitte ista*] *Mitte istaec* edd. pr. Veneta. Volgo: *Omitte ista.* V. 16. Adiicit] *Obiicit* edd. pr. Veneta. V. 17. et inimicum] *inimicum* edd. pr. Veneta. V. 20. pereunti] *pereuntis* edd. pr. Veneta. V. 22. *reclusit*] Sic etiam edd. pr. Veneta. Apud Virgilium volgo legitur *recludit.* V. 24. EGO] om. edd. pr. Veneta. Ibid. NOLO VENDERE] *vendere nolo* ed. pr. *u. n.* ed. Veneta. V. 26. Et] om. edd. pr. Veneta. V. 27. QUID SI — COGES ME?] *Quid si nolo*, *coges me* edd. pr. Veneta.

P. 36. v. 3. NAM EGO — MANU] Pro his ed. pr.: *Nam ego liberali illam* ed. Veneta: *Nam e. l. i.* V. 4. MANU] *manuum* edd. pr. Veneta. Ibid. iuris] Fortasse scripsit Donatus *iuris consultorum*, quoniam sequitur: *a quibus etc.* V. 5. assertatores] Corrige *assertores*, quem ad modum etiam in edd. pr. Veneta haec verba leguntur. V. 9. est] om. edd. pr. Veneta. V. 10. et quidvis libenter accipere] *et quivis* (*quod vis* ed. Veneta) *libenter acciperet* edd. pr. Veneta. V. 11. quod est *superum* et *superius*, *fit supremum.*] Sic nos scripsimus cum Westerhovio. Volgo legitur: *quod est superior et superius* fit

supremum. Edd. pr. Veneta tantum habent: *quod est super,* ceteris omissis. V. 14. *Troius — misit*] Pro his edd. pr. Veneta: *a. a.* (hoc om. ed. pr.) *e. n. t. u. a.* (hoc om. ed. Ven.) *d. e. l. m. t. r.* V. 15. Et non abhorret a persona plebeii] *Si non homines a persona et plebei* edd. pr. Veneta. Ibid. et vim] *ut et vim* ed. pr. V. 16. convicio] *continuo* ed. Veneta, sed talia, sicuti mox *ei* pro *eius* in ed. pr., nolo commemorare. V. 17. ordinis] *ordinibus* edd. pr. Veneta. V. 24. sic et supra] Edd. pr. Veneta. Volgo: *sic supra.* V. 25. *nunc redigis me*] Edd. pr. Veneta: *redigis me.* Volgo: *adigis me.* V. 26. Honestiori] *honestioris* edd. pr. Veneta. V. 28. *Nam abducuntur meretrices [et absque voluntate] et cum voluntate lenonum*] Sic nos hunc locum restituendum putavimus. Nam cum MS. Hulst. MS. Boend. edd. vett. quaedam habeant: *et cum voluptate lenonum,* omissis verbis *et absque voluntate,* MS. item Lindenbrogi *et cum voluntate,* volgatae autem edd. et edd. pr. Veneta: *absque voluntate,* omissis verbis *et cum voluntate,* vix dubitandum videtur esse, quin antiquitus utrumque in codice fuerit, eo fere modo, quem ad modum nos edidimus.

P. 37. v. 2. [POSTULAT SIBI DARIER]] Haec adiecimus ex edd. pr. Veneta, volgo omissa. V. 6. INFREGIT MIHI] om. edd. pr. Veneta. Ibid. Contumeliosa caedes colaphis innuitur et indigna lenoni, qui et INFREGIT, ut illudens etc.] Sic scripsimus ex edd. pr. Veneta, nisi quod prior illa habet *celaphus.* Volgo haec verba ita leguntur: *Contumeliosa caedes, colaphus, et digna lenone. § INFREGIT: Ut illudens etc.* V. 13. *Ipsum istuc volo experiri*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Istuc volo ergo ipsum experiri.* V. 23. pactio] *captio* edd. pr. Veneta. V. 25. Mire] om. edd. pr. Veneta. V. 26. ID QUOQUE PATI POSSUM] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *ID QUOQUE POSSUM FERRE.* V. 27. INIURIUM: Vendere quod nolis, *est* scilicet] Edd. pr. Veneta: *iniurium est vendere quod nobis est scilicet* (s. ed. Veneta).

P. 38. v. 3. *Deinde quaestum occipit*] *Deinde quaestum occepit* edd. pr. Veneta. Volgo: *Dein quaestum occipit.* V. 5. atque] *ac* ed. Veneta. V. 12. totius summae desperatio] Sic enim corrigendum est. Edd. pr. Veneta: *totius summae desperationis.* In MS. Reg. apud Lindenbrogium pro verbis *summae desperatio* dicitur haberi: *extra errorem orationis.*

ACTUS SECUNDI SCAENA SECUNDA. P. 39. v. 6. est] om. ed. pr. V. 11. etiam] om. edd. pr. Veneta. V. 22. *modo*] om. edd. pr. Veneta. V. 25. irata] Post hanc vocem lacuna est in ed. Veneta. Ibid. *edico*] *dico* edd. pr. Veneta.

P. 40. v. 3. suscepit] *coepit* edd. pr. Veneta. V. 4. lenonem] Sic nos scripsimus. Volgo legitur: *nomen,* ut etiam edd. pr. Veneta exhibent. Westerhovius scribendum coniecerat: *hominem.* V. 7. *Διασύρει*] MS. Reg. apud Lindenbrogium: *ἐν δία διοῖν* (sic!). V. 10. pares] *parem* edd. pr. Veneta. V. 14.

uter columbam] *ut cum columbam* edd. pr. Veneta. V. 15. uter] *utrum* edd. pr. Veneta. V. 17. certamina ponit in ulmo] *c. e. p. i. n. u.* edd. pr. Veneta. V. 19. AMBO DEFESSI SUMUS: Incerta distinctio est vel VERBERANDO USQUE] Haec om. edd. pr. Veneta. V. 22. ablativus] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *septimus.* V. 23. et si ablativus] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *si septimus.* V. 25. sententia] Hic addunt edd. pr. Veneta: *loco*, quod est ortum ex compendio vocis *ideo.* V. 26. est] om. edd. pr. Veneta. V. 27. κακέμφατον] Sic scripsimus ex ed. H. Scoti: κακήφατον. Volgo: κακόφατον. Ibid. USQUE OS PRAEBUI] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *USQUE PRAEBUI.* V. 29. assentatione] *assensione* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 31. QUID] Corrige *Qui*, quem ad modum etiam edd. pr. Veneta legunt. Deinde, quae volgo adduntur post *MELIUS: Qui hodie usque os praebui*, omisimus cum edd. pr. Veneta.

P. 41. v. 2. ¶ QUI HODIE: HODIE autem] Haec sic scripsimus ex edd. pr. Veneta. Volgo tantum: *Hodie autem etc.* legitur. V. 3. iracundam] *iracundiam* ed. pr., non Veneta. V. 6. SCIS QUID LOQUAR — servus.] om. edd. pr. Veneta. V. 7. quod] Volgo *quid.* V. 8. SED] om. edd. pr. Veneta. V. 9. QUOD] *qui* edd. pr. Veneta, etiam ed. H. Scoti. V. 10. IN LOCO NEGLIGERE] om. edd. pr. Veneta. V. 11. IN LOCO et] om. edd. pr. Veneta. V. 16. ISTUC] om. edd. pr. Veneta. Ibid. Feneratum est] *Istuc feneratum est* edd. pr. Veneta. V. 20. *est lucrum*] *lucrum est* edd. pr. Veneta. V. 21. NUMQUAM REM FACIES] Hic addit ed. Veneta, non pr.: *Secundum personam servi.* V. 25. Secundum personam servi lenonem Syrus] *Secundum personam suam et lenonis Syrus* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 26. eum ipsum] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *hominem.* V. 28. offundunt] *effundunt* edd. pr. Veneta.

P. 42. v. 2. prope] *proprie* edd. pr. Veneta. V. 3. QUASI IAM USQUAM TIBI SINT VIGINTI MINAE] Pro his ed. pr.: *quasi iam usque*, ceteris omissis, ed. Veneta: *quasi iam usque sint tibi*, reliquis omissis. V. 4. numero in aliquo ducas et in aliqua aestimatione] *numeres ut aliquo dicas* (*deducas* ed. Veneta.) *et in aliis aestimationem* ed. pr. Veneta. V. 5. et non si velis] *et si non velis* edd. pr. Veneta. V. 6. obsequaris] *obsequaris velis* ed. pr. Veneta. V. 7. TE AIUNT PROFICISCI CYPRUM] Pro his edd. pr. Veneta: *Quasi iam usque tibi sint.* Ceterum ordinem adnotationum ex edd. pr. Veneta mutavimus. V. 12. COEMISSE] *Emisse* edd. pr. Veneta. Ibid. VEHERES MULTA] om. edd. pr. Veneta. V. 15. NAVIM] om. edd. pr. Veneta. Volgo: *NAVEM.* V. 18. NAVIM] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *NAVEM.* V. 22. quid leno debeat] *quod leno debebat* edd. pr. Veneta. V. 23. TAMEN] *tam* edd. pr. Veneta. Mox ed. pr. *hec* et sic versu sequenti *hec agere.* V. 25. oratio per ἀποσιώπησιν non completur.] Sic nos scripsimus ex ed. Veneta:

oro p aposiopesim non completur et ed. pr.: *oratio Aposiopesin non completur.* Volgo tantum modo legitur: *per ἀποσιώπησιν non completur.*

V. 42. v. 1. V. 22. QUAE PORTO CYPRUM ETC.] Ordinem harum adnotationum ex edd. pr. Veneta constituimus. Ibid. Hanc insulam posuit poeta] *Hanc insulam dictam.* Videtur hoc fuisse: *Haec insula dicta est.* V. 7. ILLUC VIDE] *illud video* edd. pr. Veneta. V. 8. UT IN IPSO] *ut illo* edd. pr. Veneta. Volgo: *IN IPSO.* V. 11. *etc.*] *et cetera* addunt edd. pr. Veneta. Volgo hoc omissum est. V. 12. ILLA] Corrige: *ALIA*, quem ad modum etiam in edd. pr. Veneta habetur, nisi quod haec *alias* habet. V. 13. EMPTAE MULIERES COMPLURES: Σύλληψις. ℱ EMPTAE: Legitur et EMPTA] Sic scripsimus ex ed. H. Scoti. Edd. pr. Veneta: *Mulieres complures. Syllepsis emtae. legitur et empta.* Volgo: *MULIERES: Σύλληψις. Legitur EMTA et EMTAE.* V. 16. tempusque] *tempus* edd. pr. Veneta. V. 17. in pretio mulieris est] *mulieris in pretio est* edd. pr. Veneta. V. 19. Hoc] *haec* edd. pr. Veneta. V. 27. lenoniae] *lenonice* ed. pr. *lenonicae* ed. Veneta.

P. 44. v. 2. ideo illi] *adeo ut illi* edd. pr. Veneta, ut scribi possit: *ideo et illi.* V. 4. PUTES] *putas* ed. Veneta, non princeps. V. 11. AESCHINUM] om. edd. pr. Veneta. V. 13. autem] om. edd. pr. Veneta. V. 14. impotens] *potens* edd. pr. Veneta. V. 18. *non est postulandum*] *nunc postulandum* edd. pr. Veneta. V. 20. adhuc] *ad hoc* edd. pr. Veneta. V. 22. presse] *per se* edd. pr. Veneta. V. 25. ab arbore facta] *sub arbore siccante facta* ed. pr. *ab arbore siccante facta* ed. Veneta. Ibid. ictibus ferri, tandem incipit in casum pendere ruinamque minitari:] Sic cum Westerhovio ex MS. Hulst. scripsimus. Volgo: *ictibus, ferri tandem incipit in casum ponderis, ruinamque minitari.*, a qua lectione etiam edd. pr. Veneta non recedunt. V. 26. UNUM HOC] *Hoc unum* edd. pr. Veneta. V. 29. praebiturus] *prohibiturus* edd. pr. Veneta. V. 30. Oratorie. Comparatione] *oratoria comparatione* edd. pr. Veneta.

P. 45. v. 1. ALICUNDE: ALICUNDE] *aliunde*: *aliunde* edd. pr. Veneta. V. 2. nec ipsae] Sic ex Westerhovi coniectura scripsimus. Volgo et in edd. pr. Veneta legitur: *nec ipsa.* Ibid. NUNC VENIO IN DUBIUM MISER] *nunc venio miser in dubium* ed. Veneta. *nunc venio miser: an dubium* ed. pr. V. 3. cui] *cui nunc* ed. pr. V. 6. Id est, in periculum.] Post haec verba adiicitur in edd. pr. Veneta: *Vir. Nec tibi desertae in dubium. o.* itaque legitur etiam in MS. Boend., nisi quod hic *o* illud ultimum omissum est. Recte iam Westerhovius adnotavit male huc tractum esse locum Virgili de *Aeneide* lib. XI. v. 843.

Nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam
Profuit.

V. 9. *Quando eum — adolescentium est*] Pro his in edd. pr.

Veneta tantum modo haec habentur: *Musitanda et accipienda* (*eccipienda* ed. pr.) *cum quaestum occeperis.* V. 11. insuper] *de insuper* ed. pr., non Veneta. ibid. *defrudet*] *defraudat* edd. pr. Veneta. V. 14. quod non semel dicit] *q. d. s.* edd. pr. Veneta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 17. hic] *hoc* edd. pr. Veneta. V. 20. DEFRUDET] *defraudat* edd. pr. Veneta. Sic etiam infra v. 32. V. 24. servus] om. edd. pr. Veneta. V. 28. discedentes] *adolescentes* edd. pr. Veneta. V. 29. UTUT HAEC SUNT FACTA] *ut h. s.* edd. pr. Veneta. V. 30. satis facit] *satis faciat* edd. pr. Veneta. Ibid. UTUT] *ut* edd. pr. Veneta. V. 32. SEQUAR] *persequar* ed. pr. V. 33. *Nunc vide*] *Nunc* edd. pr. Veneta.

P. 46. v. 2. *quanti emi*] *quod emi* edd. pr. Veneta. V. 5. a victore petunt] *auctorē petant* edd. pr. Veneta. V. 9. *Scio me — petiisse penates*] Pro his edd. pr. Veneta: *Scio me. d. e. u.*, ceteris omissis. V. 14. hoc nomine vocari] *hoc vocari* edd. pr. Veneta. V. 16. sua] *suum* edd. pr. Veneta. V. 18. LAETUS EST DE AMICA] Haec adiecimus ex edd. pr. Veneta: *Letus est d. a.* (*a. d.* ed. pr.). Volgo omissa. V. 19. Adventus in proscaenium] *Apparatus in proscaenio* edd. pr. Veneta. Ibid. consulto] *cum culto* ed. Veneta. *cum consulto* ed. pr. Ibid. finguntur] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *fingantur.* V. 21. et mire, quasi ex argumento sit] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *mire tamen*, *quod quasi ex argumento sit.* V. 24. QUID? QUOD TE ORO] *Quid te oro* edd. pr. Veneta. Ibid. seu] *et* edd. pr. Veneta. V. 25. QUID] *quod* edd. pr. Veneta. V. 30. ¶ DE AMICA: Potest] Sic nos ex ed. Veneta scripsimus. Volgo *de amica* cum antecedentibus coniunctum est. Ibid. et] addunt edd. pr. Veneta, volgo omissum.

ACTUS SECUNDI SCAENA TERTIA. P. 47. v. 3. pretii] Sic etiam ed. pr. et volgo. Ed. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium *praemii.* V. 5. in attributis] *in tributis* edd. pr. Veneta. MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 8. non *quibus*] Edd. pr. Veneta: *et non quibus.* Ibid. QUUM EST OPUS ACCIPERE BENEFICIUM] Haec om. edd. pr. Veneta. V. 9. vel QUUM] *vel quod* edd. pr. Veneta. Ibid. OPUS] addunt edd. pr. Veneta *accipere.* V. 10. illud] *et illud* edd. pr. Veneta. V. 12. IS BENE FACIT] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *IS FACIT.* V. 16. quid ultra diceret] *quod ultra diceret* edd. pr. Veneta, idque recipiendum fuit. V. 22. LAUDEM] om. edd. pr. Veneta. Sic etiam infra v. 23. V. 24. *ut quid*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *ad quid.*

P. 48. v. 1. ITA MAGNIFICE] om. edd. pr. Veneta. V. 5. ITAQUE et] *et* edd. pr. Veneta. V. 6. potest esse] *potest* ed. pr. *ēē potest* ed. Veneta. V. 10. PRINCIPEM] *principium* edd. pr. Veneta. V. 14. elaboratam] *elaboratam sic dictam* ed. pr. *elaborantem sic dictam* ed. Veneta. MS. Boend. et edd. vett.

apud Westerhovium, pro quo ed. Tarvisiana: *sic pictam.* V. 16. HOMINI NEMINI] *Hominem neminem* edd. pr. Veneta. Sic etiam infra v. 18. V. 17. NEMINI] *neminem* edd. pr. Veneta. V. 23. ELLUM] *Sed ellum* edd. pr. Veneta. V. 24. est] om. edd. pr. Veneta. Ibid. Alii] *aut* ed. pr. *aliqui* ed. Veneta. V. 28. Interiectio est laetantis] *Adverbium est laetantis* edd. pr. Veneta. V. 30. et corporeum] *et* om. edd. pr. Veneta, in quibus etiam alius ordo adnotationum est.

P. 49. v. 1. *Hunc mihi — operam.* Hanc religionem ait] Haec om. edd. pr. Veneta. V. 6. SYRE] om. edd. pr. Veneta. V. 15. id est] *intelligo* edd. pr. Veneta. Sic etiam MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 17. Quod ipsum sic esse observatum a bonis auctoribus, si — studes, invenies] *Ceterum quod ipsum si servatum bonis auctoribus sit si exempla synecdoches penitus considerare studes sic invenies* edd. pr. Veneta. V. 21. MALEDICTA] *maledictum* ed. pr. *maledictũ* ed. Veneta. V. 25. MALEDICTA] *maledictum* edd. pr. Veneta. Ibid. MALEDICTA aut lenonis aut Demeae, FAMAM autem populi.] *aut Mitionis aut Demeae aut populi* edd. pr. Veneta. Pro *aut lenonis* MS. quoque Boend. et edd. vett. apud Westerhovium *aut Micionis.* V. 28. MEUM AMOREM] *maledictum* edd. pr. Veneta. V. 33. erratura] *eruptura* edd. pr. Veneta. V. 34. iam] om. edd. pr. Veneta. V. 35. credidit] *credit* edd. pr. Veneta.

P. 50. v. 3. QUIDNAM? FORES CREPUIT] *Quidnam fores crepuit* edd. pr. Veneta. Volgo: *SED QUISNAM? FORIS CREPUIT.* V. 5. FORIS] *fores* edd. pr. Veneta. Ibid. MANE: MANE gaudentis est hoc dictum] Corrige: *MANE, MANE: Gaudentis est hoc dictum etc.*

ACTUS SECUNDI SCAENA QUARTA. P. 51. v. 1. UBI ILLE EST] Sic volgo legitur, sed corrige ex edd. pr. Veneta: *UBI EST ILLE.* v. 2. esse alienior] *alienior esse animo* edd. pr. Veneta. V. 6. *quae tibi res*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *quae res tibi.* Ibid. *tantum tibi dabitur*] Corrige: *tantum dabitur*, quem ad modum etiam in edd. pr. Veneta legitur. V. 7. quanti faciat] *quantam ferat (ferrat* ed. pr.) edd. pr. Veneta. MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 8. Oportet autem MEN QUAERIT cum quadam — pronuntiare] *Opportune autem m e n q u a e r i t et cum quadam — pronuntiandum* edd. pr. Veneta. Non male. Ibid. MEN] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *MENE.* subsultatione] *subsaltatione* edd. pr. Veneta. V. 15. Nam] *iam* edd. pr. Veneta. Ibid. est] om. edd. pr. Veneta. V. 16. enim] om. edd. pr. Veneta. V. 17. EHEM] *Hem* edd. pr. Veneta. V. 20. nunc] om. edd. pr. Veneta. V. 21. *Iam nunc haec tria primum addidi praeter naturam: O noster, quid fit, quid agitur?*] Haec sic restituimus ex Act. V. sc. 5. v. 3. sq. In edd. pr. Veneta scriptum est: *Iam haec addidit*

praeter naturam quaestionis: quid fit, quid agitur Volgo: *Iam nunc haec tua, addidit praeter naturam quaestionis. Quid fit?: Quid agitur?* V. 24. An] *et an* edd. pr. Veneta.

P. 52. v. 2. correptivum] *correptum* edd. pr. Veneta. V. 4. Ego] *Ego vero* edd. pr. Veneta. Ibid. Hercle vero] *hercle*, om. *vero*, ed. Veneta, non pr. V. 6. nec nunc] *nec non* edd. pr. Veneta. Ceterum ordo adnotationum ex edd. pr. Veneta est. V. 11. Coram — amplius] *Coram te* edd. pr. Veneta. V. 12. quem laudat] Corrige: *qui laudat*, quem ad modum etiam in edd. pr. Veneta et volgo legitur. Ibid. et ad eos] *et alios* edd. pr. Veneta. Ibid. in os] *te* edd. pr. Veneta. V. 15. quem] *quomodo* edd. pr. Veneta. V. 16. Quam laudavit] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Quia laudavit.* Ibid. Assentandi. Adulandi] om. hic edd. pr. Veneta. V. 18. Et utrum deest causa] *et utrum ab ea causa* edd. pr. Veneta. Ibid. an absolute sic dicitur] Sic scribendum vidit R. Bentleius. *an ab ipsa lite sic dicitur* edd. pr. Veneta. Volgo: *an ad ipsam litem sic dicitur.* V. 19. Specta] *Adulandi. Specta* edd. pr. Veneta. V. 20. etiam velle] Sic etiam edd. pr. Veneta. Sed MS. Reg. apud Lindenbrogium: *etiam si vellet.* V. 23. quas gratias agenti] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *quam gratias agendi*, quod revocandum est. V. 27. τῷ ἰδιωτισμῷ] τῷ ἀττικισμῷ MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 29. Redisse] om. edd. pr. Veneta. Ibid. et difficultate] *difficultatis* edd. pr. Veneta. MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 30. ego] *eget* edd. pr. Veneta, quod fuit fortasse *egomet.* V. 31. aliis] om. edd. pr. Veneta.

P. 53. v. 2. non fateri] Sic nos scripsimus. Volgo et in edd. pr. Veneta: *fateri*, omissa negatione. V. 8. e patria] *a patria* edd. pr. Veneta. Volgo: *ex patria.* V. 10. e patria] *e. patria* ed. Veneta. *a patria* ed. pr. Volgo: *ex patria.* V. 12. Ut istaec] *Ut dii istaec* edd. pr. Veneta. V. 16. *Non enim nobis*] *nobis enim ait non* edd. pr. Veneta. V. 22. sibi] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *illi.* Ibid. velut] Edd. pr. Veneta. Volgo: *veluti.* V. 23. Dicuntur autem et illi solvi, qui] Sic rescripsimus ex MS. Reg. apud Lindenbrogium. Volgo et in edd. pr. Veneta: *Dicuntur etiam servi illi solvi, qui etc.*, qua in scriptura *servi* ex διττογραφίᾳ natum est, ut antiquitus fuerit: *Dicuntur etiam illi solvi, qui etc.* pretiorum] Lindenbrogius habet *potiorum*, cum adnotatione: „*Alii pretiorum.*“ V. 24. fuerint] *fuerunt* edd. pr. Veneta. Ibid. a me solvam] *pro a me solvam* edd. pr. Veneta. V. 31. ut et beneficium] Sic ed. Veneta. Volgo: *ut beneficium* et ita ed. pr. Ibid. sane, et ut] Sic ed. Veneta. *sane, ut* edd. pr. Volgo: *sane ita ut.* V. 32. conterreat] Sic ed. Veneta. *concerreat* ed. pr. Volgo: *absterreat.* V. 32. Ne tam quidem: Hoc a lenone — possit ostendi] om. ed. pr. Ibid. Ne tam qui-

DEM] *Ne tam cito quidem i.* ed. Veneta. Ibid. Hoc a lenone] Sic ed. Veneta. MSS et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *A lenone.* V. 33. ut perturbatio] *ut qui turbatione* ed. Veneta.

P. 54. v. 1. possit ostendi] *posset ostendi* edd. pr. Veneta. MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. *posse ostendit* MS. Hulst. Volgo: *possit ostendere.* Ibid. NE TAM QUIDEM] *Ne tam cito quidem* edd. pr. Veneta. V. 3. vel] *non* edd. pr. Veneta. V. 4. *in quantum*] *quantum* edd. pr. Veneta. V. 5. utrum] *utrumque* edd. pr. Veneta. V. 6. qua] *quia* edd. pr. Veneta. ut] *quod* edd. pr. Veneta. V. 19. exclamationem facere denotetur] Sic etiam ed. pr. *et clamationem facere denotetur* ed. Veneta. *et clam actionem facere denotetur* MS. Boend. *exclamatione agendi* MS. Hulst. MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 10. Dixerat] *Dixit* edd. pr. Veneta. Ibid. et rursum] *ubi rursum* edd. pr. Veneta. V. 11. *se*] om. edd. pr. Veneta. V. 17. quae sit ars] *quaeritans* edd. pr. Veneta. V. 19. Hoc responso.] Sic MS. Hulst. MS. Reg. apud Lindenbrogium. Volgo et in edd. pr. Veneta: *Hoc verbo.* V. 23. OBSECRO TE HERCLE — INPURISSIMUM] Edd. pr. Veneta: *Obsecro te hercle*, ceteris omissis. Volgo: *OBSECRO HERCLE ETC.* V. 25. audeat] *audet* edd. pr. Veneta. V. 37. QUAM PRIMUM ABSOLVITOTE] Haec ex edd. pr. Veneta adiecimus, volgo omissa. V. 31. planius] *planiu'* edidit Lindenbrogius, et sic videtur in MS. Reg. fuisse, alius V. C. (vetus codex) apud Lindenbrogium dicitur *planitis* habere. Huc facit etiam MS. Hulst.: *plamos.* Volgo et in edd. pr. Veneta: *plurima.* V. 34. HOC PERMANET] *hic provehat* edd. pr. Venata.

P. 55. v. 2. HOC PERMANET] om. edd. pr. Veneta. V. 3. quod] om. edd. pr. Veneta. V. 4. de] *ex* edd. pr. Veneta. V. 6. TUNC] *nunc* edd. pr. Veneta. V. 12. turpe dictu] *turpe factum* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 13. Servis] Volgo et in edd. pr. Veneta: *servus.* V. 14. Et vide, ut totum] *nisi invitus adeo, ut totum* edd. pr. Veneta. MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. *sed eo vultu, ut totum* MS. Hulst. Hinc Westerhovius coniecerat scribendum esse: *Servis: Nihil tam comicum, sed eo vultu, ut totum superbe ac magnifice loquatur Syrus.* V. 18. Et hoc spectatur] *Ex hoc spectatur* MS. Hulst. V. 20. QUANDO HOC BENE SUCCESSIT] Haec adieci ex ed. pr. *quando b. s.* ed. Veneta: *q. h. s.*, volgo omissa. V. 23. misere] *mi Syre* edd. pr. Veneta. Sed talia exempli caussa adhuc adtuli, posthac graviora tantum modo, uti volumine primo item factum est, adferam.

ACTUS TERTII SCAENA PRIMA. P. 56. v. 3. gestum] Sic edd. pr. Veneta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: gesta. Ibid. Hic ergo exspectatio est, in Getae nuntio gestus, in planctu Sostratae exitus] Sic ex edd. pr. Ve-

neta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium edidimus. Volgo legitur: *Hic ergo exspectatio est in Getae nuntio: Gesta, in planctu Sostratae: Exitus*, *. V. 5. MEA NUTRIX] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *MEA TU NUTRIX*. Sic infra quoque v. 8. v. 11. Ibid. qui sit] *quid sit* edd. pr. Veneta. Non male. Ibid. in dominos] *in domino* edd. pr. Veneta. V. 16. ut initio] Sic MS. Hulst., *ut Mitio* ed. pr. *ut mitio* ed. Veneta, unde corruptela volgatae lectionis: *ut Micio*, facillume explicatur. V. 11. QUID NUNC FIET] Haec addidi ex edd. pr. Veneta. Ibid. nunc] om. edd. pr. Veneta, et videtur sane delendum. V. 13. ignoratio] *ignorantia* edd. pr. Veneta. V. 14. est, quippe] *et quippe* edd. pr. Veneta. Ibid. Sed sapientior] Sic edendum putavi. Volgo et in edd. pr. Veneta: *Sed non sapientior*. V. 18. orator] *ut tutor* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 25. Vide προπαρασκευὴν doloris] *Vide praeparationem doloris* edd. pr. Veneta, ex quibus etiam ordinem adnotationum constituimus.

P. 57. v. 5. *Quaeque ipse — fui*] *Quique i. m. u. e. t. q. p. m.* ed. pr. *Quinque m. n. e. t. q. p. n. mus.* ed. Veneta. V. 7. quod si recitatur, *tu* facit] *quod resciscitatur, ut facit* ed. pr. *quod si resciscitatur, ut facit* ed. Veneta; et sic MS. Boend. Volgo: *Quod * recitatu. Et facit.* In qua scriptura MS. Reg. apud Lindenbrogium habet: *rescitatu*. V. 9. Quom] *quomodo* ed. pr. Volgo et in ed. Veneta: *cum*. Ceterum ordo adnotationum ex edd. pr. Veneta constitutus est. V. 10. HABEO] *habemus* edd. pr. Veneta. V. 11. GETA AUTEM HIC NON ADEST] Haec addunt edd. pr. Veneta. V. 12. aestimans metu] *existimans metus* edd. pr. Veneta. V. 16. utrumque] *ad utrumque* edd. pr. Veneta. V. 18. Pro *non*. Et] *Pro non est* edd. pr. Veneta. V. 19. nam qui potest?] om. edd. pr. Veneta. Ibid. sed ad omnes] *sed omnes* edd. pr. Veneta.

P. 58. v. 3. ¶ GETA AUTEM HIC NON ADEST: Veniet.] Haec adiecimus ex edd. pr. Veneta, volgo omissa. V. 6. rationabiliter] *a racionabili* ed. Veneta, non ed. pr. V. 8. E RE NATA] *Here nate* ed. pr. *herae natae* ed. Veneta. V. 10. Sic Lucilius, p. *i. i. Hic e re nata sic eius dedit: haud malus est.*] Haec om. MS. Boend. et vett. edd. apud Westerhovium. Edd. pr. Veneta tantum haec habent: *Ergo here nate* (*herae natae* ed. Veneta) *sic eius dedit aut* (*haud* ed. Veneta) *malus est.* V. 12. quom non] Sic scribendum putavi. *Quem non* ed. pr. *quam non* ed. Veneta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *quam nunc*. V. 13. e re nata] *here nate* et *herae natae* edd. pr. Veneta. et sic infra v. 25. V. 14. quod factum est] *quod est* edd. pr. Veneta. V. 16. Sensus enim hic est: Est quidem malum] *Sensus enim hic quidem malum* edd. pr. Veneta. Volgo: *Sensus enim hic est: Malum etc.* V. 21. pro evenit et contigit] *evenit et contingit* edd. pr. Veneta. V. 23. sin] *si non* edd. pr. Veneta. Ibid. ut sit: *E re nata*

intelligo.] Haec om edd. pr. Veneta. V. 27. QUOD] Edd. pr. Veneta: *Vitium oblatum est, quod ad illum etc.*, ut edendum fuerit: VITIUM OBLATUM EST, QUOD AD ILLUM EST.", id quod adnotatio ipsa requirit. V. 30. ILLUM autem Aeschinem scilicet] *Illud autem dicit ut Aeschinus scilicet* edd. pr. Veneta. V. 32. Sic enim facit: *Potis, potius, potissimum*] Haec, quae desunt in quibusdam codd. apud Westerhovium, habent edd. pr. Veneta, nisi quod legunt: *potis et potius, potissimum.* V. 33. significat] *significat: pro Aeschino significat* edd. pr. Veneta. V. 34. *quantum*] *quod* edd. pr. Veneta.

P. 59. v. 4. *παρέκτασις*] *exsultatio* edd. pr. Veneta. *περίστασις* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 6. ab iis] *ab hiis* ed. pr. Volgo et in ed. Veneta: *ab his.* V. 9. Quia talis est] Sic ed. Veneta, MS. Boend. *quanta his est* ed. pr. Volgo: *Quam bonus est.*

ACTUS TERTII SCAENA SECUNDA. P. 60. v. 1. QUOD SI OMNIA] Haec addidimus ex edd. pr. Veneta, volgo omissa. V. 6. NUNC ILLUD EST] *Nunc istuc* edd. pr. Veneta. V. 8. CONFERANT: Ὑπερβολὴ cum *παρονομασίᾳ*] haec omnia om. edd. pr. Veneta. V. 11. ut pereunti] *pereuntis* edd. pr. Veneta. V. 16. MIHIQUE] *mihi* edd. pr. Veneta et sic infra. V. 19. *πολυσύνδετον*] *Asynthelon* edd. pr. Veneta. V. 21. *Armentarius — pharetram*] om. edd. pr. Veneta. V. 24. TOT RES REPENTE] addunt edd. pr. Veneta, volgo omissa.

P. 61. v. 18. SAECULUM] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *seclum.* V. 19. [ut a tempore mores increpet]] Haec adduntur in edd. pr. Veneta, omissis tamen iis, quae sequuntur: *ut: O tempora, o mores.* V. 22. *lata*] Corrige: *laeta.* V. 24. HOCINE SAECULUM] Haec addunt edd. pr. Veneta, volgo omissa. V. 25. IMPIUM] Sic hic et infra v. 31. scripsimus ex MS. Regio apud Lindenbrogium. Volgo et in edd. pr. Veneta habetur: *IMPURUM.* V. 30. *deorumque*] *d.* edd. pr. Veneta. Volgo: *deumque.*

P. 62. v. 3. *Nam ut — timida es*] Pro his edd. pr. Veneta: *Nam ut ex mari timido.* V. 5. impium] Volgo: *impurum.* V. 6. Et saepe repetitum NEQUE] Haec verba om. edd. pr. Veneta. V. 11. ictus] *ictum* edd. pr. Veneta. V. 16. Num] *Nunc* ed. Veneta, non pr. Ibid. *nostro — amantem est*] *n. u. l. f. o. d. a. m. a. e.* V. 18. *et cetera*] addunt edd. pr. Veneta. V. 21. *Αὐξητικῶς* — mariti] *Non enim addidit mariti.* edd. pr. Ven. V. 26. *vultus*] om. edd. pr. Veneta. V. 27. SATIS QUAE LOQUATUR] om. edd. pr. Veneta. V. 29. praesens loquitur] Sic etiam edd. pr. Veneta. Lindenbrogius edidit: *praesens est.* Westerhovius coniecit: *porro servus loquitur.* V. 32. ne ob illam] Sic codd. quidam apud Westerhovium. Volgo: *ne ob illam rem.* In edd. pr. Veneta haec tantum habentur: *ne ob illa loqui desinat.*

P. 63. v. 1. LOQUATUR] *Loquitur* edd. pr. Veneta. Ibid. Adhuc non audiente Geta hera loquitur] Haec om. edd. pr. Veneta. Ibid. Geta hera] *hera* codd. apud Westerhovium, omisso *Geta*. Volgo *Geta*, omisso *hera*. V. 2. eum servus] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *eum satis*. V. 4. Lucilius] om. edd. pr. Veneta. V. 6. competentis] Sic etiam edd. pr. Veneta. Sed MS. Boend. et editio anonyma apud Westerhovium: *compotentis animi*. V. 7. *compotem*] *competere* edd. pr. Veneta. V. 8. Septimio] *septimo* edd. pr. Veneta. V. 9. animo] Edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. Argentina editio *animi*. V. 18. de scriptione] *de scripto* edd. pr. Veneta. V. 19. Hunc igitur] *Hanc igitur* edd. pr. Veneta, id, quod si supra *de scriptione* legimus praestare videtur. Ibid. *Tarquitius*] *Tarquinus* edd. pr. Veneta. Volgo: *Tarquinius*. V. 21. quando quisque] Sic nos scribendum putavimus. Edd. pr. Veneta: *cum quisque*. Volgo: *quando quisquam*. V. 23. quae recentissimis flagitiis properata sit] *quae ex recentis vitii flagitiis properat* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 24. Sic] addunt edd. pr. Veneta.

P. 64. v. 1. *illis*] *olim* ed. pr. *o.* ed. Veneta. V. 2. *Seminibus*] om. ed. Veneta. *s.* ed. pr. V. 5. *crura brachiaque. Vitium in Aeschinum*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *crura brachiaque, et cetera vitia, in Aeschinum*. V. 6. maxime per Syrum] Haec sic scripsimus ex edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo tantum legitur *Syrum* idque coniunctum cum proximo verbo: *IMPULSOREM*. V. 15. *Spumantem, sparsasque manus*] *s. s. parque m.* edd. pr. Veneta. V. 22. providere] *praevidere* edd. pr. Veneta.

P. 65. v. 3. *furit*] *fugit* edd. pr. Veneta et sic volgo legitur. Ibid. *hac lutulenta*] *ac lutulenta* edd. pr. Veneta et Volgo. V. 5. *Illa fretus agit ventos*] *Cursu parant ista g. et agit ventos* edd. pr. Veneta. V. 14. temporis, sperare *iuxta*] Volgo legebatur: *temporis sperare, iuxta*.

P. 66. v. 1. ELOQUERE OBSECRO TE] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *ELOQUERE, OBSECRO, QUID SIT*. V. 8. ALIENUS EST ETC.] Hanc adnotationem etiam edd. pr. Veneta omittit. V. 9. Getae] Volgo: *Geta*. Mox repone *ipse*, ut volgo legitur. V. 12. augmenta mali metuenda] *argumenta mali metuenda* edd. pr. Veneta. *argumenta mali metuendi* MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 15. interponitur] Sic edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium, etiam ed. Lindenbrogiana. Volgo: *interponuntur*.

P. 67. v. 12. NOSTRUM — NOSTRAM] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *NOSTRUMNE — NOSTRAMNE*. V. 18. non quia devinabat] *non quia parem nasci divinabat* codd. vett. apud Westerhovium, et sic edd. pr. Veneta, nisi quod hac *divinabat* geminatum habent.

P. 68. v. 1. *ait*] *e.* edd. pr. Veneta. V. 8. AN PROFERENDUM HOC TIBI VIDETUR] Haec addunt edd. pr. Veneta, ita ut lacuna hic haberi videatur. V. 14. cogiturque] *cogerisque* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 15. tacere] om. ed. pr. *conticere* ed. Veneta, uti MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 17. constantem esse demonstratur] „In aliis: *constantem*, et, *demonstrat.*" Westerh.

P. 69. v. 6. videlicet dari pro virgine nuptum] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Videlicet* PRO VIRGINE DARI NUPTUM. V. 11. Haec ergo nec virgo] Sic ed. Veneta. Volgo: *Aut nec virgo.* In ed. pr. verba: *ut: Nunc — Haec ergo*, omissa sunt. V. 19. vel pro quando quidem] Sic nos scripsimus. MS. Hulst.: *Quando pro quandoquidem.* Volgo: *vel* QUANDO *pro quidem*, et sic etiam edd. pr. Veneta. V. 20. E. g.] Sic MS. Hulst. Volgo et in edd. pr. Veneta: *Hoc est.* V. 21. V. 21. clam] *domini* ed. pr. *domum* ed. Veneta, ut *clandestinum* fuisse videatur. V. 22. a facinore abhorreant] Sic scripsimus ex MS. Hulst. Edd. pr. Veneta tantum: *facinore abhorreant.* Volgo: *facinora abhorreant.*

P. 70. v. 2. vel uti melius potens sis dicere] Sic MS. Hulst., neque abludunt edd. pr. Veneta, codd. apud Westerhovium, nisi quod habent: *veluti.* Volgo: *velut qui melius possim dicere.* V. 7. SIMULO: SIMULUS] *Simulus* edd. pr. Veneta. Volgo tantum *SIMULO* legitur. V. 11. *summum suum*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Parmenonem summum suum.*

ACTUS TERTII SCAENA TERTIA. P. 71. v. 6. UNA FUISSE] Sic scripsimus ex edd. pr. Veneta. Volgo: *UNA ADFUISSE.* V. 8. afficiat] *efficiat* ed. Veneta. „Lego: *adfligat.*" Westerhovius. V. 18. Ducimus enim volentes] Hanc volgatam scripturam confirmant etiam edd. pr. Veneta. Sed MS. Hulst.: *Ducimus enim etiam orantes.* MS. Reg. apud Lindenbrogium: *Ducimus etiam orantes.* V. 22. UBI EGO ILLUM QUAERAM] Addunt edd. pr. Veneta, et sic deinceps, ubi lemmata verbis auximus. V. 23. isse] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *iisse.* ἀπὸ τᾶς γᾶς, τοῦτ' ἔστι, τῆς γῆς] ἀπὸ τῆς γῆς ed. Veneta, om. ed. pr.

P. 72. v. 1. *trabena*] *trabea* MS. Boend. edd. pr. Veneta. V. 10. Acacidem] *Aeaciden* ed. pr. Apud Virgilium l. c. legitur: *Alciden.* Mox ed. Veneta: *nec sum.* V. 11. *Accepisse lacu*] om. edd. pr. Veneta. V. 12. Figura ἐπανάληψις — et levium] Westerhovius hunc locum ex Codd. vett. sic constituendum putavit: *Figura ἐπανάληψις. ¶ DE GREGE ILLO: Ordo vel bonorum vel magnorum dicitur et gravium, ut equester ordo, senatorius ordo. Grex et malorum et levium.* Volgo legebatur: *Figura ἀπανάληψις, de grego illo est. Ordo vel bonorum vel malorum dicitur et gravium, ut Equester ordo, S. ordo. Grex vel bonorum vel malorum est et le-*

vium. In his edd. pr. Veneta: *grex dicitur.* Deinde: *Etiam grex* pro volgato *Grex.*, deinde om. *et levium.* MS. autem Reg. apud Lindenbrogium ultima sic habet: *Grex vel malorum vel levium.* V. 15. in his] *in hiis* ed. pr., non Veneta. V. 19. Pro ganeo] *pro gauli* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 23. Micio: *Nisi*] Sic scribendum vidit Westerhovius ex Act. I. sc. 2. v. 73. Volgo: *Micioni, si.* Edd. pr. Veneta: *Micioni, sic.*

P. 73. v. 11. ut indicat Demea, non distributum, dilapidatum] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *id est, ut indicat Demea, dilapidatum.* V. 12. *Columen familiae nostrae, bone custos salve*] *Columen familiae bone custos salve* edd. pr. Veneta. Volgo: *Bone custos, salve, columen vero familiae.* V. 27. contrarium senectuti est] „Immo *consentaneum senectuti est.* Unde infra IV. 7. 43. SENEX DELIRANS." Westerhovius. V. 31. quia et maior] Corrige: *quia est et maior.*

P. 74. v. 5. enim] Addunt edd. pr. Veneta, volgo omissum.

P. 75. v. 3. Quod ante pedes est] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Quod est ante pedes.* V. 12. et ablativus. Si ablativus, *praeditus*] Sic edd. pr. Veneta, nisi quod ed. pr. servat *perditus.* Volgo: *et septimus. Si septimus, perditus.* V. 16. ad ignoscendum] Sic edd. pr. Veneta, codd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *ad agnoscendum.* V. 21. in iis — in iis] *in hiis — in hiis* ed. pr. Volgo: *in his — in his.* V. 27. et — non solvit] om. MS. Hulst. MS. Boend.

P. 76. v. 5. repetit. V. 42. SINEREM: *Εἰρωνικῶς*] Sic ego scripsi ex edd. pr. Veneta. Volgo legebantur haec coniuncta: *repetit* SINEREM*? et εἰρωνικῶς interrogat.* V. 20. Hae sententiae semper sunt hyperbolicae] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Hae sunt sententiae et semper probabiles etc.*

P. 77. v. 2. *Equarum*] *quorum* edd. pr. Veneta. V. 15. *Quae fortuna — linquant*] om. edd. pr. Veneta. V. 17. Cui contrarium in significatione id quod te oro] Sic etiam edd. pr. Veneta, MS. Boend. Sed MS. Hulst: *Cui contrarium est id est significat id quod te oro.* MS. Reg. Lindenbr.: *Cui contrarium est idem significans.* Hinc Wielingius legendum suspicatur: *Cui contrarium* ID, *significans idem, quod te oro.*

P. 78. v. 1. Fides est et accusatio] Sic habent edd. pr. Veneta, quae supra omittunt verba: *His enim fides fit.* Sed videtur reponendum: *Est accusatio*, ut volgo legebatur. V. 8. *ac sobrium*] *et sobrium* edd. pr. Veneta. V. 14. et simul ostenditur] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *qua ostenditur.* V. 17. EST] Addunt edd. pr. Veneta. V. 28. referemus] *referremus* edd. pr. Veneta. Volgo: *referamus.*

P. 79. v. 5. doctos] Corrige *dolos*, ut volgo legitur. *Doctos* habent edd. pr. Veneta. V. 6. Non enim utilem agit] Sic ed. Veneta. *Non enim utile agit* ed. pr. Volgo: *non ut ille agit.* V. 10. § PORRO AUTEM: Autem, vero et huius modi] Sic ego

restituendum putavi. *Porro autem. aut vero et huiusmodi* ed. pr. *Porro autem. vero et huiusmodi* ed. Veneta. Volgo: *Porro autem: At vero et huiusmodi etc.* V. 17. ut alludentem de sua] *ut alludentem se de sua* edd. pr. Veneta. *ut ludentem de sua* MS. Reg. apud Lindenbrogium. Volgo: *ut allusionem de sua.* V. 30. INSPICERE — SIET] Haec pro lemmate habent edd. pr. Veneta. Volgo: *TAMQUAM IN SPECULUM.*

V. 80. v. 4. familia] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *et familia.* V. 20. *erroremque hostibus illum*] *e. m. r. p. n.* edd. pr. Veneta. V. 26. ut et fiat et approbetur] Sic edd. pr. Veneta, MS. Boend. Volgo: *ut et sciat et approbet.* V. 27. quod rogat] *quod facit* edd. pr. Veneta, MS. Boend.

P. 81. v. 3. *Curare coeperit*] *Amare coeperit* edd. pr. Veneta. Volgo: *Amare coepit.* V. 4. *curare*] *amare* edd. pr. Veneta. Ibid. *reposcere est*] *reposcere*, om. *est*, edd. pr. Veneta. V. 8. quo indignetur] *quod indignetur* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 9. inveniat] om. edd. pr. Veneta, MS. Boend. In MS. autem Hulst. hinc usque ad Act. IV. sc. 5. V. 30. lacuna est. Westerhovius scribendum coniecit: *Et bene dubitat, an familiarem videat civem, ipse multum absens a conspectu civium.* V. 23. incusationi huius] Sic ed. pr. *accusationem huius* ed. Veneta. Volgo: *huius incusatione.* V. 34. doliturus] *doliturus sit* MS. Reg. apud Lindenbrogium. Ibid. super Aeschino] *super Aeschinum* edd. pr. Veneta, et plerique codd. veteres apud Westerhovium.

ACTUS TERTII SCAENA QUARTA. P. 82. v. 18. *stragemque satis*] om. edd. pr. Veneta.

P. 83. v. 6. HAUD SIC AUFERENT: Quomodo accipimus] *Haud sic auferent. Quō accepimus* ed. pr. *Haud sic. a. sicut accepimus*, ed. Veneta, et sic videtur scriptum esse in MS. Boend. V. 7. An, nisi] *aut si* edd. pr. Veneta, et, ut videtur, MS. Boend. Volgo: *An, si.* V. 8. silentio transituros] *silentium tacituros* edd. pr. Veneta et MS. Boend., ut videtur. V. 14. SIC dictum] Post haec verba in edd. pr. Veneta lacuna satis magna est. Volgo haec continenter leguntur. V. 15. [immo magnae]] Haec verba addunt edd. pr. Veneta, MS. Boend., volgo omissa. V. 23. simpliciter] Sic etiam ed. pr. *suppliciter* ed. Veneta, MS. Boend. V. 24. quom praeterea servus] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *quum servus.* V. 26. MORIENS NOS TIBI] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *TIBI MORIENS NOS.* V. 29. Sic et alibi] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Sic alibi.* V. 33. *et Latii*] *et relatum* edd. pr. Veneta.

P. 84. v. 2. *libertos*] *liberos* edd. pr. Veneta. V. 15. illis] *illi* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 22. in indignationem] Sic ediderunt Rob. Stephanus et Lindenbrogius. Volgo: *indignationem*, ut edd. pr. Veneta. V. 25. *Κέλεαι δέ με τήνδ' ἀποδοῦναι*] Sic etiam apud

Homerum legitur. Volgo legebatur: *Κέλευέ με πάντ' ἀποδοῦναι.* Ibid. *ἐθέλω μὲν γὰρ ἐκ συνωνυμίας*] Sic Westerhovius. Volgo: *ἐθέλομεν* (sic) *γὰρ ἕκτορα* CYNENNIA*T*ENA.

P. 85. v. 5. Corrige: *dicendo.* V. 17. quia non contentus] *qui non contentus* edd. pr. Veneta. Volgo: *Non contentus.* V. 18. *Quia istoc — homini adulescentulo*] Haec in edd. pr. Veneta sic leguntur: *Quid hoc illecebrosius fieri potest nox mulier vinum hominibus: quid hoc illecebrosius homini adulescentulo.* V. 22. ut ipse alibi] Sic ed. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo et in ed. pr.: *ut ipse.* V. 23. *huc vel illuc*] *huc vel illud* ed. Veneta. *huc atque illuc* ed. pr. Volgo: *huc illuc.*

P. 86. v. 4. quia] *quid* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 12. *Ἀσυνδέτως,* ut solet, per *συντομίαν*] *asyntheton, ut solet, per syntonomiam* edd. pr. Veneta. Volgo: *Ἀσυνδέτως per συντομίαν, ut solet.* V. 22. iam gravida] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *nunc gravida.* V. 32. *τῷ ἰδιωτισμῷ*] *τῷ ἀττικισμῷ* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 34. PSALTRIAM NOBIS] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *NOBIS PSALTRIAM.*

P. 87. v. 1. cui e contrario] Sic scribi voluit Westerhovius. Edd. pr. Veneta: *cui contrarium.* Volgo: *qui e contrario.* V. 4. mira sunt scelera] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *miratur scelera.* V. 19. saepius] Edd. pr. Veneta. Volgo: *saepe.* V. 29. Ergo] *Ego* edd pr. Veneta, MS. Boend.

P. 88. v. 12. ad hoc illud, ut nemo possit intercedere] Sic edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. Rob. Stephanus et Lindenbrogius ediderunt: *ab hoc illuc, ubi nemo possit intercedere,* et sic volgo legitur.

V. 89. v. 3. in malis positos] *in malis positis* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. Guido Iuvenalis legit: *in malis positum.* V. 6. suppliciter] Sic scripsimus e coniectura Westerhovi. Volgo legebatur: *simpliciter,* ut etiam in edd. pr. Veneta. Cf. supra ad p. 83. v. 23. V. 27. sed necessitate] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *sed et necessitudine.*

P. 90. v. 13. *hac*] Corrige *has.* Ibid. *querelas*] Sic etiam edd. pr. Veneta. Apud Virgilium volgo legitur: *loquelas.*

P. 91. v. 10. me levabo] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *me relevabo.*

ACTUS TERTII SCAENA QUINTA. P. 92. v. 12. a senatus consulti formula] Sic, ut edidit Westerhovius, tres Parisini codices exhibent. Sed edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium: *a senatus consulto formulare.*

ACTUS QUARTI SCAENA PRIMA. P. 93. v. 2. et veriti, scilicet ob peccatum ex delicti conscientia et reverentia parentis. Apparet] Sic locum constituimus de sententia Wester-

hovii. Volgo legebatur: *et verti se* (sic etiam ed. pr., sed ed. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium, *vertisse*) *ad peccandum ex delicti conscientia, et reverentia parentis apparet. Item etc.* V. 18. corrige: *ITA*. V. 24. *adimant*] Sic etiam ed. pr. *adiuvent* ed. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium.

P. 94. v. 16. NIHILNE IN MENTEM EST?] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *NIHILNE IN MENTEM?*

P. 95. v. 2. visum] om. MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 17. a Syro] Sic edd. pr. Veneta. Volgo tantum: *Syro*. V. 24. *effervere*] Sic edd. pr. Veneta. Sed corrige: *et fervere*. Volgo: *fervere*. V. 26. de Demea] Sic ed. voluit Westerhovius. Volgo: *a Demea*.

V. 96. v. 1. dixit] Edd. pr. Veneta. Volgo: *dicit*. V. 3. cum stupore] Sic edd. pr. Veneta, etiam ed. H. Scoti. Volgo: *cum pudore*. V. 8. silentii] Volgo *silentio* et sic legitur in edd. pr. Veneta. Ceterum Westerhovius scribendum esse coniecit: *atque eiusmodi silentii, ut vel in ipso verbo Fabula conticescat*. V. 18. paulatim e cavea] *paulatim capna* edd. pr. Veneta. *paulatim capua* olim legebatur. Westerhovius coniecit: *paulatim ad casam venientis*. V. 20. alimonio] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Alimoniae*. V. 27. TE ME] Corrige: *TU ME*. Ibid. [Scilicet vidisse respondeas]] Haec verba om. edd. pr. Veneta.

ACTUS QUARTI SCAENA SECUNDA. P. 97. v. 4. Cicero in Catilinam] *Cicero in Catone* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 17. semper, quo] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *semper est, quod*.

P. 98. v. 13. NISI ME CREDO — REI] Haec verba volgo omittuntur. Nos ex vestigiis ed. principis sic restituimus.

P. 99. v. 7. *Hac*] *Haec* edd. pr. Veneta. Eaedem edd. post *sus* addunt *u. e. i.* V. 16. Sed sic ipse egit] MS. Reg. apud Lindenbrogium: *ut ipse ait*.

P. 100. v. 1. verba sunt servi] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *verba sunt Syri*. V. 23. *praeoccidere*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *peroccidere*.

P. 101. v. 3. Namque gratia est aut delectatio non stultissimum falli.] *Namque gratia est aut delectatio est: non stultissimum falli* ed. pr. *aut delectatio. Namque gratia est non stultissimum falli.* Westerhovius ope MS. Boend. et edd. vett. restituendum putavit: *Nam quae gratia est aut delectatio hominem stultissimum falli.*, quod maxime probabile est. Volgo legebatur: *Nam quae gratia est aut delectatio, non stultissimum falli?* V. 23. *suorum*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *suûm*. V. 24. et VIRUM TE IUDICO, inquit, non adulescentulum etc.] Sic haec constituimus ex edd. pr. Veneta. Volgo haec post verba: *perfectus es*, ita scripta legebantur: *ABI*,

VIRUM TE IUDICO: Inquit etc., ut adnotationem per sese efficerent.

P. 102. v. 1. SAPIAT] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: SAPIAT. In lemmatis, quoad eius fieri poterat, edd. pr. Venetam secuti sumus, nec singula quaeque notavimus. V. 9. IDEM QUOD EGO] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *IDEM SENTIT, QUOD EGO.*

P. 103. v. 3. *cervici*] *cervicē* ed. Veneta. *c.* ed. pr. V. 6. HAC — HAC] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *HANC — HANC.* V. 13. Hoc lentius aliqui legunt, aliqui clarius] Sic ed. Veneta, et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo inde a R. Stephano et Lindenbrogio legebatur: *Hoc lentius. Quidam clarius legunt, ut etc.* V. 18. ET SACELLUM ETC.] Haec sic ex edd. pr. Veneta edi volui: *Et SACELLUM, ut Varro ait, sacra cella est.* Volgo legitur: *§ EST SACELLUM: Ut Varro ait, sacra cella est.*

P. 104. v. 14. via] Sic edd. pr. Veneta, MS. Boend. Volgo: *vita.* V. 20. non addito templo] *non addito TEMPLUM* ed. Veneta, non male. V. 21. *Ad Iovis mandem nostra*] Sic etiam edd. pr. Veneta. *ad Iovis manaevani* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 25. coloniae auctor et conditor] Sic edd. pr. Veneta, MS. Boend. Volgo: *coloniae deductor et conditor.*

P. 105. v. 1. Etsi multa diminutiva] Sic scribendum vidit Westerhovius. Volgo et in edd. pr. Veneta legitur: *Et simulata deminutiva.* V. 2. a genere nominum primae positionis, ut *rana ranunculus*, *scutum etc.*] Sic ego restituendum putavi ex edd. pr. Veneta: *nomina prima et positionis vetera*, *ut est in his* (*hiis* ed. pr.) *Scutum scutella canis*, *canicula.* Volgo: *Nomina primae positionis*: *ut Rana*, *ranunculus*, *veterana: scutum*, *scutella: canis*, *canicula.* Nam quem ad modum natum esset *veterana*, ex edd. pr. Veneta apparuit. V. 22. ad describendam] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *ad describendum.* V. 28. deaeque omnes] *d. o.* edd. pr. Veneta.

P. 106. v. 6. quam ut quidam ξυννενοφότα interpretantur, putantes, ut ξυννενοφότα, sic nos SILICERNIUM intelligere] Sic nos scripsimus ex edd. pr. Veneta: *quam ut quidam Xenophonta interpretantur putantes* (*interpretatur putans* ed. Veneta) *Xenophanta: sic nos silicernium intelligere etc.* Volgo legebatur: *quam ut quidam Xenophonta interpretantes putant*, *sic nos SILICERNIUM intelligere.* Ceterum olim Vossius pro *Xenophonta* γέροντα scribendum coniecerat. „At Iac. Baileyus recte putat pro *Xenophonta*, vel Vossiano γέροντα, legendum ξυννενοφότα, particip. nempe praet. perf. med. verbi ξυννέφομαι, nubilam mentem habeo: fretus auctoritate *fragm. Aristoph.* (ἐν Νήσοις) ap. *Brunk.*, p. 257. a *Suida* et *Photio* citati: Ὡς εἰς τὴν γῆν κύψασα κάτω καὶ συννενοφυῖα βαδίζει. Locus, ut videtur, est de incurva et σκυθρωπῷ vetula.“ Furlanetto in Forcellini Thes. ling. Lat. Vol. IV. p. 113. ed. Germ. V. 22

Indulge] om. edd. pr. Veneta. V. 27. *pressive oculos*] om. edd. pr. Veneta.

ACTUS QUARTI SCAENA TERTIA. P. 106. v. 8. SI, QUAM FECERE: Hic] Sic, ut scribendum coniecerat Westerhovius, verba habent edd. pr. Veneta, MS. Boend. Volgo legebatur: *SI, QUAM FECERE, IPSI EXPOSTULANT: Hic etc.*

P. 108. v. 11. Et sane hi versus desunt] Sic etiam ed. Veneta et ed. pr., nisi quod haec: *hii* pro *hi* habet. MS. Boend. *Et sane hic versus desunt.* Westerhovius, quoniam in ed. Mediolanensi tres versus desunt, scribi voluit: *Tres sane hic versus desunt.* Potest scriptum olim fuisse: *Et sane III versus desunt etc.*

P. 109. v. 4. NEGLEGI: Legitur et CLAUDIER.] *Negligi legitur et claudere* ed. pr. *negligi: legitur et claudicare* ed. Veneta. Volgo: *NEGLIGI: Legitur et CLAUDERE ET CLAUDICARE.* V. 10. Et CORAM] Corrige: *Et praeterea CORAM*, ut etiam edd. pr. Veneta habent. V. 11. ceteras] *certas* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium.

ACTUS QUARTI SCAENA QUARTA. P. 110. v. 1. modice] Recte Boeclerus coniecit scribendum esse: *immodice.* V. 3. ut Virgilius] Sic ed. Veneta. Volgo tantum: *ut*, quod ed. pr. et ipsum omittit. V. 4. O praestans animi iuvenis] *o praestans animi* ed. pr. *o praestans iuvenis* ed. Veneta. V. 13. CERTUM EST: CERTUM EST] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *CERTUM SIET: CERTUM SIET.* V. 14. Nisi forte UT *quam* significet] *nisi forte significet o quam* edd. pr. Veneta. *Nisi forte significat, ut sit o quam* MS. Reg. apud Lindenbrogium.

P. 111. v. 7. suspicatus hoc est] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *haec suspicatus est.* V. 9. *huic viciniae*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *huc viciniae.* Ibid. UBI VIDI] Sic edd. pr. Veneta, etiam MS. Boend. Volgo: *UBI EAM VIDI.* V. 19. deciperemur] Sic ex altera Westerhovii coniectura scripsimus. Volgo et in edd. pr. Veneta legitur: *deciperetur.* V. 23. *quaerunt*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *volunt*, ut in Andriae loco citato.

P. 112. v. 1. Utpote anui] Sic scribendum erat. Volgo: *utpote anus.* In edd. pr. Veneta *avis* legitur pro *anui.* V. 12. AD ME DOMUM autem] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *AD ME autem DOMUM.*

P. 113. v. 3. Nimius] Sic edd. pr. Veneta. *Nimium* volgo. Ibid. frigidus] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *frigus*, ut ed. pr. V. 9. Nam veteribus non placet] Sic edd. pr. Veneta, MS. Boend. Volgo legebatur: *Nam non placet.*

ACTUS QUARTI SCAENA QUINTA. P. 114. v. 1. Hinc] Sic ed. Veneta, ut coniecit Westerhovius. Volgo et in ed. pr. *hic* legitur. V. 3. ut vel] Sic ed. Veneta. Volgo tantum: *vel.*

P. 115. v. 20. mixtum vero] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *mistum vero.*

P. 116. v. 6. Et QUAEDAM] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *QUAEDAM*. V. 10. CERTE SCIO] Volgo: *CERTE SCIO*, et sic edd. pr. Veneta. Ibid. Parum dixi, inquit] Sic, ut voluit Westerhovius, edd. pr. Veneta. Volgo: *Parum dixit, inquit*. V. 13. vetustius] Sic ed. Veneta, MS. Boend. Volgo: *venustius*. V. 25. velut inscio] Volgo et in edd. pr. Veneta: *vel inscius*.

P. 11. v. 25. Nunc dicit] *Nondum dicit* MS. Reg. apud Lindenbrogium.

P. 118. v. 10. Graeci dicunt ἀτενὲς] „Variant scripti codd. *ΠΤΑΠΤ*ECTOS. et *ΠΤΑΠ*IECTOS." Lindenbrogius. V. 12. Nota octo syllabarum] *Notato syllabarum* edd. pr. Veneta. Quo facilior Westerhovii coniectura est scribentis: *Nota septem syllabarum*. Fuit olim fortasse: *Notato VII syllabarum etc.* V. 27. QUI ILLA CONSUEVIT] *Qui illi consuevit* ed. Veneta. Volgo: *QUI CUM ILLA CONSUEVIT* et sic ed. pr. V. 30. Et clandestina, ut] *Ut clandestine et* edd. pr. Veneta. Ibid. *consuetio*] Volgo et in edd. pr. Veneta, MS. Boend. *consuetudo*. MS. Boend. Plauti *suspicio*.

P. 119. v. 4. Sed MISERE AMAT dixit] Sic scripsimus ex edd. pr. Veneta: *sed miserā dixit*. Volgo: Sed *MISERE* dixit. V. 8. *Illum*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *illam*. V. 11. Sic Caecilius in Eratosthene] *Celius in exatostoti* edd. pr. Veneta. Ibid. *plena gladiatoria*] „*ἴσ. plane glad.*" Lindenbrogius. V. 12. *sauciat*] om. edd. pr. Veneta. V. 13. a Virgilio] Sic ed. Veneta, edd. vett. apud Westerhovium, Lindenbrogius. Volgo et in ed. pr.: *ex Virgilio*. V. 14. *nunc*] *tum* edd. pr. Veneta. V. 15. *Quosve — aequor?*] Haec omnia om. edd. pr. Veneta. V. 24. Dativo] *Ablativo* edd. pr. Veneta. V. 25. Qui tunc Romanis imperator erat. ¶ AUCTOR HIS REBUS QUIS EST?] *Qui nunc Romanus imperat auctor. p. x. n.* ¶ *His rebus auctor quis est?* edd. pr. Veneta.

P. 120. v. 1. *Verres*] *veteres* edd. pr. Veneta. V. 2. Utrum filiam — ducunt] „Optimi codd. [i. e. edd.] ita: *Utrum filiam? an quae possit esse? Nam omnes alienas filias dicunt.*" Westerhovius. Sic etiam ed. pr. Veneta, nisi quod illa *aliena* servat. V. 13. nupta] Sic edd. pr. Veneta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *rapta*. V. 29. in quod pene periculum] Sic MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. *In quo pene periculo* edd. pr. Veneta. Volgo inde a R. Stephano et Lindenbrogio legitur: *id quod pene periculum*. V. 33. Modo non] Sic ed. Veneta. *Modo exhibuisset* ed. pr. Volgo: *Non exhibuisset*.

P. 121. v. 20. pater] Sic MS. Mark. et edd. veteres quaedam apud Westerhovium. Volgo et in edd. pr. Veneta legitur: *patri*.

P. 122. v. 5. et nihil amaroris] Sic ego scripsi. Volgo legitur: *et nihil amoris.* Potuit etiam scriptum fuisse: *et nihil nisi amoris.* V. 10. etiam] addit ed. Veneta, *et* ed. pr. V. 21. ignoscentius] Sic scripsimus ex edd. pr. Veneta. Volgo: *innocentius.*

V. 123. v. 16. *in vobis*] *in nobis* ed. Veneta. *in omnibus* ed. pr. V. 28. quae dei cessantibus praestare non possint] *quae de cessantibus praestare non possit* edd. pr. Veneta. Volgo: legitur: *quae a diis cessantibus praestari non possint.* V. 37. Ordo est: DEDUCTUM IRI] Sic ed. Veneta. *et deest deductum iri* ed. pr. Volgo: *ORDO, DEDUCTUM IRI DOMUM.*

P. 124. v. 6. amittendae amatae nimium puellae] Sic scripsimus ex ed. Veneta. *amittendae nimium puellae* ed. pr. Volgo tantum: *amittendae puellae.* V. 18. qualibet sententia: inimici vero] *quaelibet vero saevitia inimici* edd. pr. Veneta, MS. Boend. V. 25. Ridiculose dixit] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Religiose dixit.*

P. 125. v. 3. Id est, c i t o] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *aut deest*, *c i t o.* Ibid. POTEST deest *isse*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *potest esse.*

P. 126. v. 4. *patriosque penates*] *p. p.* edd. pr. Veneta. V. 12. Qui q u o m o d o, q u a r e, q u a r a t i o n e] Edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium legunt: *Q u i modo q u a r e*, *q u a r a t i o n e.* Non male. Ceterum, quae volgo post verba *q u a e r a t i o n e* adiecta verba sunt: *m a g i s m i h i i n d u l g e r e t*, ea cum edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium, denique cum R. Stephano et Lindenbrogio omisimus. V. 16. M a l a n o b i s e t i a m d e b o n i s n a s c i.] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Mala etiam de bonis nobis nasci.*

ACTUS QUARTI SCAENA SEXTA. P. 127. v. 2. Non autem tam amare vult, quam ipse amare inducitur] *Non autem eum amare vult*, *quem ipse amare* (*amat* ed. pr.) *inducitur* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. Westerhovius scribendum putavit: *Non autem tam amare vultu*, *quam ipse re inducitur.* Volgo legebatur: *Non autem tantum amare vultu*, *quam ipsa re*, *inducitur.* In ea scriptura, quam nos exhibuimus, etiam emendandum erit: *ipse*, *quam.*

ACTUS QUARTI SCAENA SEPTUMA. P. 128. v. 6. ac ingenti] Sic etiam edd. pr. Veneta, non quod exspectes *et* sive *atque.* V. 12. aut certe quando, cum] Sic ed. Veneta et vett. apud Westerhovium. Volgo: *aut certe*, *cum.* V. 15. *immensis orbibus angues*] om. edd. pr. Veneta. V. 18. *Crinibus*] om. edd. pr. Veneta. V. 19. Cleomene] *Diomene* edd. pr. Veneta. V. 20. *cunctis*] Sic edd. pr. Veneta, MS. Reg. apud Lindenbrogium. Volgo: *ceteris*, ut apud Ciceronem legitur.

P. 129. v. 1. ne, quod ille cupit, abneget Micio] Sic edd.

pr. Veneta. MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *nec quod ille cupit*, *abnegat Micio*. V. 2. vel ut consentiendo] Sic ed. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. *vel consentiendo* ed. pr. Volgo: *ut consentiendo*. Haec omnia MS. Hulst. sic scripta exhibet: *Nec quod ille cupit Micio vel consentiendo mitigare sibi acriorem fieri iracundiam Demeae*. Ex MS. autem Reg. apud Lindenbrogium hoc adfertur: *vel consentiendo mitigare sibi amorem, fieri iracundum Demeam*.

P. 130. v. 6. PROH IUPPITER] Sic bis legunt edd. pr. Veneta. Volgo: *O IUPPITER*. V. 24. et nunc FORTE] Sic ed. Veneta. Volgo: *et FORTE nunc*.

P. 131. v. 3. Utrum OPUS EST IACTU an IACTU NON CADIT?] Sic edd. pr. Veneta, nisi quod illa *utrum* om. Volgo: *Utrum QUOD OPUS EST IACTU NON CADIT?* V. 8. In scrupulo] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *In scropulo*. V. 14. interiorem causam] Sic edd. pr. Veneta, MSS. Hulst. et Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *ulteriorem causam*. V. 17. subaudiet] *audiet* edd. pr. Veneta et edd. vett. apud Westerhovium.

P. 132. v. 3. equus ligneus] Sic edd. pr. Veneta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *equus Durius*. V. 4. connexis manibus] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *nexis manibus*. V. 11. credas] Addunt edd. pr. Veneta. V. 21. FAC TE: Non dixit: *Esto*, sed e l a b o r a, u t e s s e p o s s i s.] Haec addidimus ex edd. pr. Veneta, MS. Boend., volgo omissa. V. 29. *quam Libentia est*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *quam ipsa lubentia est*. V. 31. et coloris et gravitatis] Sic MSS. Boend. Hulst., et edd. quaedam vett. apud Westerhovium. Volgo et in edd. pr. Veneta legitur: *et caloris et gravitatis*. V. 33. ut sic finiret] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *ut sic finiat*.

ACTUS QUINTI SCAENA PRIMA. P. 133. v. 15. opportune] Edd. pr. Veneta. Volgo: *optime*. V. 16. Nam p r o c e d e r e s e g n e m *prodeambulare* significat] Sic scripsimus ex coniectura Westerhovii. *Nam producere signum deambulare* edd. pr. Veneta et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo legebatur: *Nam procedere segnem*, *d e a m b u l a r e significat*. V. 21. Mire ad securitatem ebrius haec expressit] Sic edd. pr. Veneta, MS. Boend. Volgo: *Mire securitatem ebrii hic expressit*.

P. 134. v. 4. FUNDES] Edd. pr. Veneta. Volgo: *FUNDIS*. Et sic v. 6. V. 7. p r o f e r e s an p e r d e s] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *p r o f e r s an p e r d i s*. V. 14. non esse sobrii Syri] *non esse ebrii Syri* edd. pr. Veneta, MS. Boend.

ACTUS QUINTI SCAENA SECUNDA. P. 135. v. 20. et a b i i s s e pronuntiat] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *et abiisse Demeam pronuntiat*.

P. 136. v. 3. Quare salse totum ad Demeam contulit] *Qua re false totum ad Demeam contulit* edd. pr. Veneta, MSS. et

edd. vett. apud Westerhovium. Volgo inde a R. Stephano et Lindenbrogio edebatur: *Qua re totum salse, totum ad Demeam contulit.* V. 10. *vannus*] *vanulus* ed. pr. Ed. Veneta *vanus*, ut volgo legitur.

ACTUS QUINTI SCAENA TERTIA. P. 137. v. 5. Et vide] Sic edd. pr. Veneta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *Et vides.* V. 19. coepit] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *cepit.* V. 29. *Quo se*] *qualem* edd. pr. Veneta, permutato compendio scribendi.

P. 138. v. 3. *Quo fletu Manes*] *quem fletum manes* edd. pr. Veneta. V. 6. *Qua numina voce moveret?*] *Quia nomina voce moverunt* edd. pr. Veneta. V. 8. iracundiae in tantum auctae] Sic scribendum vidit Westerhovius. Volgo: *iracundiae: in tantum autem.* Mox etiam *possit* scribi voluit idem pro *possint*, quod ita reliqui, ut ad utrumque, et ad dolorem et ad iracundiam pertineret. V. 11. *tristis sim*] Edd. pr. Veneta. Volgo: *tristis ego sim.* V. 13. *una fuisse*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *una adfuisse.* V. 18. dum utriusque regni particeps est, habetur] Sic ed. Veneta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *dum utriusque regni particeps habetur* et sic ed. pr. V. 19. potitor] Sic Westerhovius coniecit esse scribendum. Volgo *potior* et sic edd. pr. Veneta. V. 32. *maria ac*] *mare ac* edd. pr. Veneta. V. 34. Utrum de eo elementa invocavit] Sic edd. pr. Veneta. Volgo legitur: *Utrum Deos elementa vocavit.*

P. 139. v. 23. Verum ubi] *Verum ubi vidi* edd. pr. Veneta. V. 25. *atque ad mores suos*] *et mores suos* edd. pr. Veneta. V. 31. quam res etiam incerta exposcebat] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *quam res etiam incertae exposcebant.*

V. 140. v. 2. non invenit quod iam] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *non invenit iam, quod.* V. 7. *pignori*] *pignoris* edd. pr. Veneta. V. 8. falsa et infructifera] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *falsa et cassa.* V. 9. et utilibus] Corrige ex edd. pr. Veneta: *et fertilibus*, quo hoc melius illi, quod antecedit *fructifera*, respondeat. V. 28. verniliter] edd. pr. Veneta. Volgo: *vernaliter.*

P. 141. v. 8. tota] om. edd. pr. Veneta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium.

P. 142. v. 1. Et est haec exclamatio] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Et haec exclamatio est.* V. 9. quo leniatur auditor] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *quo deliniatur auditor.* V. 13. quod uni] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *quorum uni.*

P. 143. v. 7. plurimum credit] Sic ed. Veneta. Volgo: *plurimum fore credit.* V. 10. *Ἀνιέμενοι*] Volgo: *ἀνιήμενοι.* V. 23. non statim crimen est] *nimium crimen est* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium.

P. 144. v. 4. in animum] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *ad animum.* V. 6. *Cerviculam iactaturum et populo se ac coronae daturum*] *Cerviculam iactaturum et populo se accommodare* edd. pr. Veneta, etiam MS. Hulst. Volgo: *Cerviculam iactare et populo se accommodare.* V. 9. inverso verbo] *verbo* ed. pr. *in verbo* ed. Veneta, ut volgo legitur. V. 25. DE NOCTE] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *DE.* Recte. V. 29. *lucem*] Guido Iuvenalis hinc habet *lucus*, ut quem ad modum in superiore adnotatione, hic quoque *lucum* scribendum esse videatur.

P. 145. v. 1. Saevitiam in nomen eius] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Saevitia in nomine est*, ut inde a verbo PSALTRIAM nova nascatur adnotatio. V. 11. *ocius*] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *o socii*, id, quod praestare videtur.

P. 146. v. 2. siccati corporis] Sic nos scribendum putavimus. Volgo: *siccati coloris.* V. 5. Non contra dicit, ne rursus provocet. Timet enim suasor, ne laetitia provocet ad iurgium] Sic edd. pr. Veneta, nisi quod *contra dixit* habent. Volgo: *Non contradicit: timet enim suasor, ne laetitiam rursus provocet ad iurgium.*

ACTUS QUINTI SCAENA QUARTA. P. 147. v. 3. ob contemptum eius apud omnes saeculumque vitiosius] Sic edidit Lindenbrogius. Volgo legitur: *ob contemtum eius quod apud omnes saevum esse, vitiosum sit*, et sic in edd. pr. Veneta habetur. V. 10. *Seducere* est] Sic edd. pr. Veneta, MS. Boend. MS. Hulst., edd. vett. apud Westerhovium. Volgo inde a R. Stephano et Lindenbrogium edebatur: *Sed ducere.* Ibid. quem] addunt edd. pr. Veneta, volgo omissum. V. 11. apud alium et palam] *apud alium quempiam* MS. Reg. apud Lindenbrogium.

P. 148. v. 21. quam grate] *quam graece* edd. pr. Veneta, MSS. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 22. ad verba transeat] Sic nos Westerhovio auctore scripsimus. Volgo: *verba transeant.*

P. 149. v. 12. Accius] *Actius* edd. pr. Veneta. V. 13. *Feras*] Sic etiam ed. pr. *Seras* ed. Veneta. *Siras* MS. Reg. apud Lindenbrogium.

P. 150. v. 5. *Non parvi faciam*] Videtur sane fuisse olim *n. p. f.*, id est, *NON POSTERIORES FERAM*, quamquam etiam edd. pr. Veneta. *non parvi faciam*, totidem litteris constanter servant. V. 7. Primus in his ero, inquit, in dando atque obsequendo] „Codices vetustissimi fortasse rectius: *Primus in eo ero*, *i. e. DANDO ATQUE OBSEQUENDO.*“ Westerhovius. Accedit in priore loco ed. Veneta, quae habet *in eo*, in altero ed. pr., in qua pro *in* legitur *ne*, id quod fuit *i. ē.* (*id est*).

ACTUS QUINTI SCAENA QUINTA. P. 151. v. 7. FRATER: Moraliter. Nam] Haec om. edd. pr. Veneta et edd. vett. apud Westerhovium.

ACTUS QUINTI SCAENA SEXTA. P. 153. v. 10. *nec vox hominem sonat*] Haec om. edd. pr. Veneta. V. 18. aut, ut existimo, nihil] *aut in Syro nihil* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 24. *ac*] *hac* edd. pr. Veneta. Ibid. *hostis*] *hostias* ed. pr., non ed. Veneta.

P. 154. v. 4. postquam audivit] Sic MS. Hulst. Volgo et in edd. pr. Veneta legitur: *postquam ipse dixit*. Lindenbrogius hanc habet adnotationem: *Postquam ipse* (*ipse?*) *dixit*] Legendum: *Postquam ipso* (*ipse?*) *audivit*, *bis nomine appellatum Getam*. V. 12. Sic hoc lentius] *Sic hoc locutus* edd. pr. Veneta, MS. Boend., id, quod probavit Westerhovius. V. 21. *immixti*] *immisti* edd. pr. Veneta.

ACTUS QUINTI SCAENA SEPTUMA. P. 155. v. 13. blandimentum esse] Haec ex edd. pr. Veneta, MS. Boend. MS. Hulst. et edd. quibusdam apud Westerhovium sic scribe: blandimentum esse, ut ipse: *Iam nunc etc.* V. 14. *addidi*] Volgo *addidit*.

P. 156. v. 17. *luscos*] *lusos* edd. pr. Veneta. Ibid. *quos*] *quod* edd. pr. Veneta. Ibid. *somnias?*] *summasse* ed. pr. *sumasse* ed. Veneta. V. 18. Hoc igitur] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *Haec igitur*. V. 21. paries non altus * demacerata] Sic MS. Reg. apud Lindenbrogium. *paries nunc altus demacerata* MS. Hulst. Volgo: *nunc * alicuius demacerata*, et sic in edd. pr. Veneta habetur. V. 28. *iube* tamquam] Corrige: *iube:* tamquam. V. 29. praesenti] Sic ex coniectura Westerhovii scripsimus. Volgo: *praestet*.

P. 157. v. 3. tamquam de praesente] *quasi cum praesente* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 6. quem ad modum supra. ℐ ILLI: Cui? quum alius nemo adesset] *quemadmodum supra illic cui equum alius nemo adesset* ed. pr. *quemadmodum supra. Illi cui aequum alus nemo adesset* ed. Veneta. *Quemadmodum supra. Illi cui equus animus nemo adesset* MS. Boend. et edd. vett. Volgo: *quemadmodum supra ille*, *qui quum alius nemo adesset*. V. 16. in animo suo] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *animo suo*.

ACTUS QUINTI SCAENA OCTAVA. P. 158. v. 17. sed simplicitur dicebant] Sic edd. pr. Veneta. Volgo tantum modo: *dicebant*.

P. 159. v. 7. MODESTA apud alios] *modesta alii* MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 8. conciliatoribus] Sic ego scribendum putavi. Volgo: *consiliatoribus*, et sic edd. pr. Veneta.

P. 160. v. 4. velut insuavi dictum sit] *velut insanis dictum sit* MS. Hulst. MS. Reg. apud Lindenbrogium. *velut in suavi dictum sit* ed. pr., MS. Boend.

P. 161. v. 14. et seni] Sic edd. pr. Veneta. Volgo: *seni*. V. 25. QUID RESTAT] Sic constanter edd. pr. Veneta, etiam ceteris in locis, volgo *QUOD RESTAT*.

P. 162. v. 8. *Ecce hoc*] Corrige: *Ecce hac*, et sic etiam in edd. pr. Veneta legitur. Sed videtur reponendum hoc loco esse, quod est in MS. Hulst.: *Ecce hic pro ecce*. V. 11. cum contemptione] Sic etiam edd. pr. Veneta. Sed MS. Hulst. cum edd. quibusdam apud Westerhovium: *cum contemptu*, habet. V. 13. Alatur, id est] Sic edd. pr. Veneta. Volgo pro his tantum modo legitur: *Id est*.

ACTUS QUINTI SCAENA NONA. P. 164. v. 8. *κυριολογία* est] *est* addit ed. pr., volgo omissum. Sed in MS. Reg. apud Lindenbrogium est *περισσολογία* pro *κυριολογία*. V. 17. Secundum quem apparet] *Sed quem apparet* edd. pr. Veneta, MS. Boend. *Sed apparet* MS. Hulst., MS. Reg. apud Lindenbrogium. V. 20. et tantum] *sed tamen* edd. pr. MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. V. 14. audientis meritis eius, quem laudamus] Sic ex coniectura Westerhovi scripsimus. *audientis eius, quem laudamus* edd. pr. Veneta, MS. Boend. Volgo: *audientem meritis eius, quem laudamus*.

P. 166. v. 6. se recordatum Demeae] *se concordatum Demeae* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium. *se recordatum Demea* MS. Hulst. Volgo: *sic recordatum Demeae*. Ibid. quod quom] *quod eum* MS. Hulst. V. 7. plene] om. MS. Hulst. V. 11. confirmativa: *παρέλκον*] *confirmativa* edd. pr. Veneta, MS. Boend. *confirmantia*, *cum παρέλκον* MS. Reg. apud Lindenbrogium. Volgo: *confirmantia. παρέλκον*. V. 16. Hoc verbo tenus] *Hoc verbo utimur* edd. pr. Veneta, MS. Boend. et edd. vett. apud Westerhovium.

P. 167. v. 1. *dedisset*] Scribendum est: *dedissem*. Ceterum videtur Donatus *ad vivendum* de industria praetermisisse. V. 13. et perpetua] *et propterea* ed. Veneta et edd. vett. apud Westerhovium. Volgo: *et perpetuo*, et sic ed. pr.

